Denunciationem. De iure antiquo non admittit denunciatio, nisi officialē l. diuus de custo. reo. & C. de accu. l. ea quidem. ff. de offic. prefect. vrb. l. i. §. & sane. De iure aūt Canonico admittitur denunciatio precedente charitatiua monitione: vt extra de a iud. c. nouit. & extra de simo. c. licet Deli. † Hec ergo lex introb ducit nouum in hoc crimine, quia per denunciationem factam a quocunque posset procedi. Item scias quod de materia ista plene dicit in d. diuus de isto denunciatione priuato, & dico qō habet vim cuiusdam mandatoris, seu instigatoris. ideo desistendo incidit in Turpillianum: vt ff. ad Turpil. l. i. §. incidit. & l. ab accusatore. §. denunciatores. eod. titu. & si desistat denunciator impune iudex ex illa causa dimittit processum. sicut delator māc datore subtractor: vt ff. de iure fisc. l. res que. §. fin. quod est verum si in producendo fuit nominatus denunciator: alias secus de iure fisi. de eo, ergo hic potest procedi ad denunciationē alterius, d denunciante non nominato: d. l. de eo. quia ex mero officio † iudicis procedit. † Item cum in casu illius legis isti tres modi procedendi sunt eque aurilia ordinaria, puto quod si precedēte inquisitione ex officio, vel per denunciationem superueniat accusator non debet recedi ab inquisitione. cum cesset ratio. quā ponit Dyn. in regul. actus legitimi. de regu. iur. lib. vi. † Et qd, si ex forma statuti induceretur quod iudex generaliter posset inquirere de crimine. De hoc dixi in l. si maritus. §. fi. ff. de adul. & hoc de denunciatione, que fit ad vindictam publicam. † Ad priuatam vero denunciationem quandoq; iudex procedit vt in his qui agere nō possunt de iure: vt cum serui a dominis opprimuntur. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. ū. & de offi. prefec. vrb. ✻ l. §. quid autem. Ytē ad denūciationē* pīis. v. l parentis conquerentis de filio, vel de liberto: vt d. l. i. §. cū patronus. & de offic. cons. l nec quicquā. §. de plano. Item quando homines humiles opprimunt a potētibus. vel eis aliqd aufert. vel ab eis postulatio. vel cautio exigitur: vt ff. de offic. presid. l. illicitas. in pnc. & quasi per totam l. & hoc sentit Specu. in tit. de denunciatione. §. quis denunciare possit. ver. priuata vero iudicialis. Jo. Andr. in c. nouit. extra de iud. vbi dicte leges sic intelligunt, quod est no. q. ad boni iudicis officium pertinet facta ei querela, de predictis ex officio eius procedere. cū tales per se ipsos agere non possunt. vel non audēt, quod placet, q; interpretatio adiuuāda

5 est, q; Reip. vtilitatē cōtinet. Est & alia † c denunciatio priuata, c que locum habet solum in foro ecclesiastico inducta per legem ✻ Euangelicam: vt d. c. nouit. de iudi. que quotidiana est, & per eā multa q̄ sunt iuris ciuilis remedio destituta reparari possunt, ideo eam prosequor declarando quedā ab authoribus iuris Canonici non tacta. In hac enim requiritur qō primo moneat aduersarium suum qui peccat in eum, inter se & ipsum solum dicens d quod cum in eo peccet retinendo rem ad eum pertinentem d vel non soluendo ei tantum quantitatem sibi debitam qō ereat de peccato quod si non facit, iterum dicat eidem adhibito vno teste vel duobus. qō si nō facit tūc dicat ecclesie. & tūc ad fo. ecclesiasticū recurrat petens qō cum talis in eum peccet & de ta 6 li causa requisitus. & monitus fuit prima † monitione. & secunda, secundū doctrinā & regulā Euangelicā, & emendare neglexerit, & exire de peccato in periculum anime sue, & etiam contra conscientiam iuam imploret eius officium, vt eum ad penitentiam 7 cogat. d. c. nouit. Super † hac denūciatione offertur libellus, lis contestatur. & sententia in scriptis fertur, secundum Hostien. et Joan. Andr. in d. c. nouit licet in dicta decretali dicatur, quod procedatur de plano. quod quid importet j. dicas. Et contra p 8 sonas sic denunciantes † non pōt opponi quod sint infames. si tū sint corrupti de crimine potest secundum Innocen. et omnes. Potest autem opponi quod est criminosus, seu in peccato e mortali e qualiter enim mouetur bono zelo ad correctionem alterius, qui non est correctus secundum Bernar. & Innocen. Sed Joann. Andre. dicit quod in hoc genere denunciationis vbi prosequitur quis propriam interesse f, admittitur etiam criminosus. & alias, nisi ei obstet excommunicatio vel expoliatio, vel depredatio. vt in capit cū dilectus. & capit. fin. extra de ord. cog. vel alia preiudicialis exceptio. quod dic. vt in capit. nouit. 9 super vltima gloss. per eum. † Contra ipsam denunciationem opponitur quod potest etiam habere super eo regressum ad iudicem secularem. Nam non debet iudex ecclesiasticus eam indistincte admittere: quia non nisi in defectum iustitie, vel si crimē de sui natura sit ecclesiastic um, vel ratione pacis, vel iuramenti, vel quando crimen est notorium vel quando non auditur in iudicio seculari, vel quia est obligatio naturalis tantum, vel quando hanc proponit miserabilis persona & depressa. vt in dicto capitulo, nouit. de iudic & de pac. c. qualiter. & vtrūq; distinc. per totum. & de foro competen. capitu. licet. Vide de hoc not. p Bar. in capitu. ex tenore. per totum. alias si indefinite admitti tur, periret temporalis gladij iurisdictio, & omnis causa per hanc viam defertur ad ecclesiam. Ita dicit Bernar. de relig. do. capitu. religiosum. libro sexto. & ita tenet Jo. Andreas dicto capitulo nouit. & hoc quod hic dixi de obligatione naturali, tenuit Innocent. in dicto capitulo, nouit. Sed cum illud 10 † quod deducitur pro Falcidia, vel Trebellianica sit naturale debitum. vt not. C. de iur & fac. igno. l. cum quis. & ff. de conditio. & demonstratio. l. prima. & de regulis iuris. l. cuius per errorem. ergo ille, qui retinet, peccat mortaliter. & contra eum posset procedi per formam huius denunciationis. Sed hoc videtur cōtra capit. Raynutius. & capit. Raynaldus. extra de testamentis. vbi Papa pronunciauit has quartas posse retineri. Sed dico quod ea, que sunt dicta sunt de obligatione naturali, intelligi possūt de ea naturali, qua quis tenetur eo ipso quod quis locupletatur cum aliena iactura quia quod alienum est peruenit ad eum. l. nam hoc natura. de condic. indebit. vel de causa naturali f que habet originem ex consensu, vt ex pacto nudo f, vel in reiuerādo interposito ab alio, quā a liberto. l. vt iurisiurandi. in princi. de oper. liber. de fideiusso. l. si quis pro eo. in princi. Idem puto de eo, qui promittit ei, qui stipulatur alteri, vt l. stipulatio ista. §. alteri. de verborum obligationibus. & quod ibi not, secus de causa naturali, que a consensu non habet originem. vt in eo qui ex maleficio obligatur ad penam. l. non solum. §. primo. ff. de iniur. in proposito heres dicitur teneri naturaliter, hoc est habito respectu ad principia iurisgentium. quod iure dicte quarte deductio non erat inuenta. non autem ex consensu. quia testator nunquam consensit quod ipse obligaretur nec etiam heres adeūdo hereditatem, quia habuit, vel habuisse presumitur animum quod noluit vti beneficio legis. Item nil habet de alieno, quia legatarij & fideicommissarij certant de lucro, non autem petit quod suum est, vel fuit. Vel dic, quod naturalis obligatio non subest in eo quod per Falcidiam venit deducendum secundum Petrum. vt refert Lynus in dicta l. cum quis. de iur. & fac. igno. quod non placet. vt plene dixi in l. prima. ff de condictione indebititi Sed quid in obligatione que tollitur prescriptione? Re 11 sponde tunc actor audiretur a iudice ecclesiastico g per modum huius denunciationis. quia ei denegaretur audientia in foro seculari. Sed tu dices. prescriptione tollitur naturalis, & omnis alius effectus. l. fina. in princip. & ibi per Dy. ff. rem ratā haberi.

ꝛ per Lyn.in d.l.cum quis. Respon. tollitur oīs effectus eius ciuilis,non autem potest tollere naturalem obligationem quam retinendo incidit in peccatum mortale, sed eo casu, quo prescripto tolleret naturalem secundum ea que dixi:in d.l.fin. in pnc. rem rat.hab.tunc cessaret hec denunciatio. Quid de filiofa.tuto.

12 exceptione Macedoniani, † an possit conueniri hac denunciatione,cum naturaliter,ꝛ ciuiliter teneatur, licet obstet exceptio? Puto,quod non: qz hec exceptio delēdit ex delicto creditoris circa illud commissō:vt ff.ad Maced.l.i. vnde potest opponi etiam denunciānti:vt ꝛ.dictum est per Joā Andr.dum dicit,vel alia preiudicialis exceptio. Idē puto in qualibet alia exceptione,propter odium,vel delictum creditoris, competente, vt doli,vel simili.Facit de condict.indeb.l qui exceptionem.sed si creditor non deliquisset,tunc ei hac denunciatione subueniretur:

13 vt ff.ad Maced.l.si quis patrem.† Quid de muliere tuta Velleianō? Dico eam non posse conueniri hac denunciatione:cum etiam soluens repetat secundum Canones:extra, de solu.c.fin.et ibi not.licet enim teneatur naturaliter,tamen datur ei exceptio, equitate quidem naturali propter suam imbecillitatem, ꝛ fragilitatem, vnde illa naturalis non habet efficaciam suam. Item puto in pupillo eo,quod obligatur naturaliter tantum, vt non possit conueniri per viam huius denunciationis: cum illa naturalis non sit efficax,quod patet quoties ex illa liberetur,etiam si soluisset,restitueretur legis edicto de minoribus, naturali equitate inducto:vt C.si aduer.sol.l.fin.ff.de condi.indeb. l.interdū.

14 ꝛ de in integ.resti l.i.†. Et idem dico in quocunque casu si aduersus ciuilem,vel naturalem obligationem daretur ei restitutio. Obligatio enim naturalis eliditur per exceptionem descendentem ex illa,equitate naturali,l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact.ꝛ ideo validior est obligatio naturalis sola,cui nulla obstat exceptio,quam ciuilis,ꝛ naturalis,cui obstat exceptio.not. ff.de compen.l.quecunque. Nam per exceptionem etiam eliditur na-

15 turalis obligatio. † Quid de tuto per exceptionem rei iudicate,quam gloss.dicunt inductam magis ad rigorem iuris conseruandum,quam ex equitate:vt not ff.de condi.indeb.l. qui exceptionem,ꝛ l.Julianus ꝛ C.de iu.ꝛ fact.ign.l.cum quis. Videtur quod cum esset equitas ꝛ sic naturalis non eliditur: vt d.l. Julianus,possit conueniri per viam huius denunciationis, qz peccat mortaliter. Contra, imo non est locus huic denunciationi, quia licet peccet mortaliter non tamen posset cognosci post sententiam, cum semel sit cognitum.l.si quis cum totum.§.plane.ꝛ

16 §.si ancillam.ff.de excēpt.rei iu.ꝛ de re iud.l.post rem. † Similiter de eo quod est decisum per iusiurandum:d.l.post rem.ꝛ de iureiu.l.nam postea.§.i.pro quo facit. Item in certis causis tantuz permittitur:vt propter instrumenta de nouo reperta detur restitutio:vt ff.de re iud l.Imperatores.† Modus probandi hanc denunciationem hic sit:vt prima denunciatio probetur per seipsam cum dicat, corripe eum inter te,ꝛ ipsum solum. Sed an denunciatus poterit probare contrarium? Quod videtur de facili quod posset probari quod Rex Frācie vel quod Rex Anglie nunquam fuerat ei locutus. Sed contrarium puto, cum prima denunciatio dicatur fieri per seipsum,etiā si fieret intercedente organo,scilicet epistola vel secreto nuncio:vt ff.de consti.pecu. l qui autem.§.fin.ꝛ l.seq. Huius contrarij quodammodo impossibilis est probatio. Secunda denunciatio est probanda per se, ꝛ vnum alium legitime deponentem vel per se ꝛ duos alios.cuz dicat,adhibe tecum vnum vel duos.cū in ore duorum vel trium stet omne verbum. Tertia denunciatio que fit ecclesie probat per seipsum libellum denunciatorium datum ipsi iudici ecclesiastico. Quarta,scilicet q peccet in eū probat probando quod

b detinet rem suam.ꝛ quod est suus debitor.hec autem pbatio, h eliditur hoc modo.dicit denunciatus,non pertinet ad te cognoscere iuste vel iniuste detineam. hoc autem scio quod teneo. non contra conscientiam.ꝛ hoc sufficit vt vltra ecclesia non procedat,licet enim probet quod res fuit sua vel sibi debita, potuit desinere,ꝛ sic non sequitur quod contra conscientiaz teneat: licet quādo ordinarie agitur, sufficit probare suum,vel sibi debitum, nisi

18 aduersarius probet contrarium. Sed in hac † denunciatione satis est si denunciatus aliquam iustam causam allegat quare contra conscientiam non teneat, licet causam non probet. creditur enim sibi ad purgandum conscientiam suam,nisi scandalum, vel publicum peccatum ꝛ manifestum sit tunc enim debet de satisfactione constare secundum Innocen. Sed Hostiē contra.quia si semel fuerit meum,vel mihi debitum,adhuc presumitur.nisi probetur contrarium:vt C.de probat.l.fine possidetis. Joan. Andr. videtur stare dictis Innocen. Tu dic.si denūciatus dicit se non tenere contra conscientiam suam,ꝛ nullam causam allegat, non sufficit:vt d.l.qui interrogatus.de pet.hered. idē si allegat causam iniustam.l.nec illam.§.i.eod.titu. Sed si allegat causam iustam, tunc si quidem causa est dependens ex eo facto, qz dicit se soluisse,vel simile,si negauit positionem denūciationis quod esset suum,vel sibi debitum,ꝛ probatum est cōtra eū, non debet postea credi assertioni sue:vt ff.de pb.l.cum de indebito.ꝛ extra de solu.c.fi.ꝛ C. de non nu.pecu.authen.cōtra qui ppriam. cum simili. Conscientia enim alterius non debet probari nisi ex indiciis:vt C.de dolo.l.dolū.scilicet,istud est indicium legitimum,et lege probatum.Si vero confessus est intentionem actoris,scilicet fuisse suum,vel sibi debitum, dicit tamen se emisse,vel soluisse, vel quid simile,tunc si denuncians non probet intentionē suam aliter quam tali confessione,debet stari dicto eius ad excusationem siue exonerationem cōscientie sue:vt C.de testib.l si quis testibus.ꝛ de sen.ꝛ interlo.om.iud.l .cum Papinianus. de iureiu. l.eum qui.in princip. Si autem denunciator potest. ꝛ vult alter ꝓbare quā ex confessione denūciati. tunc cessat talis presumptio,qz forte ideo confessus est,qz sciebat posse probari. Hoc patur in gloss.in d.l.eum qui.in princip.igitur tunc erit recurrēdum ad coniecturas,scilicet cuius vite, cuius conditionis est iste denunciatus. vtrum eius assertioni debet credi:vt l.non oīs. §.a barbaris.de re mil. Hoc etiam pendet ex quantitate rei petite,vtrum sit magna, vel parua. arg. eius quod not. in l. admonendi.ff.de iureiur. Sed si causa, quam allegat. est talis, que ab eius facto non dependeat,ꝛ sic dicit se habere ab alijs, an ea crēdi debeat. Videndum est qui sunt illi,a quibus habuit,ꝛ cuius opinionis,ꝛ vtrum hoc dixerit ante litem motam,vel post. arg. extra de testi.c.licet. Ex quibus etiā puto si hoc habuit a proprio patre suo,cui hoc mandauerat,satis sit:vt ff.de ꝓcu.l.qui vulgo. Item si defunctus scriptū reliquit recte ei credit heres ad exonerationem siue conscientie vel.qui cum minor.§.pe.ff.de hoc.qz lib. Item si aliqua iudicia legitima appareant ex quibus quis possit informare conscientiam suam:vt l.mariti.§.lenocinium.in princip.ff.de adult. Si vero informaret suam conscientiam ex presumptionibus non legitimis,non excusatur: licet enim non teneatur contra conscientiam suam, tenet tamen secundum conscientiam erroneam,ꝛ sic peccat.nisi conscientiam erroneam deponat,ꝛ deponere cogetur:vt extra de sen. excommu.c. inquisitionis. vbi probatur hec distinctio. Sed tu dices non per hoc probatur denunciatio que dicit quod peccat in me retinendo meum,vel mihi debitum. Nam apparet quod non peccat detinendo:sed erroneam conscientiam habendo. Sed certe aliter in hoc peccat.quod retinet,ꝛ sic videtur probata denunciatio.

19 Sed qualiter † peccat heres in eo quod defunctus tenebat contra conscientiam? Respondeo,forte ipse heres scit,ꝛ sic contra

i conscientiam retinet. Si vero ignorat. tunc prius est heredi notificandum taliter quod in eius cadat notitiam, vel edere debeat,l.quod te.si cert.petā.ꝛ ff.de posti.l.si quis inficiatus.ꝛ postquam notificatum fuerit debent fieri denunciationes. Nam ecclesia dicit quod si peccauerit in te frater tuus.ꝛc.prius ergo debet precedere peccatum,quam fiat denunciatio:sed si heres non patitur se certificari,certe in hoc peccat.ꝛ perinde est ac si certificatus esset.arg.ff. quod vi,aut clam.l.i §. Aristo. Sententia autem sic

20 † hac denunciatione fertur quod si reperitur denunciatus procare in denūciantem precipitur ei,vt ceret de peccato,ꝛ aliter per sententiam excommunicationis compellitur:vt in dicto uit. Et no.quod solum in his tribus modis procedendi locus hec constitutio, scilicet per accusationem,inquisitionem,nunciationem.in alijs vero modis procedendi: vt per eccliēm,nil immutatur de eo quod dixi,ff.de adul.l.ū.§.si publicā. ex istis tribus modis attribuuntur iste tres qualitates quāquuntur.

ADDITIONES.

a Tho.Dipl. Ut extra de. Vide Angel.de Are.in §.ficta que vbi scripsit, Instit.de actio.ꝛ apost. Eler.in l. Quintus.ff. mandā.in apostil.magna.in fin.

b Ex mero officio. Vide Francisc.de Are.in capi. ex parte, de testib.

✳ Denunciationem. Vide quid sit denūciatio. Jo.And.in addit.ad Spec.eo.tit.ꝛ ibi an stante statuto,quod accusanti maleficium debeatur certum quid,an debeatur denunciāti.

c Tb.D. Est ꝛ alia. Adde Bal.in authen.ad hec.C. de usu.ꝛ ibi plene ponit de huiusmodi denūciatione,ꝛ aliqua per Scipi. in proem. Dec.e.

✳ Priuata. Vide Calde.consi.v.de accu.vbi an si aliquis coram iudice dicat,quod agit via denunciationis propter suum primatum interesse narrans qualiter illum monuerat secundum formam legis Euangel.ce: ꝛ concludat quod petit illum compelli ad restituendum suum debitum, an hec dicatur denunciatio Euangelica.vel iudicialis.

d Tb.D. Ad eum pertinentem. Vide Bal.in authen.ad hec. C.de usur.

g B. A. C. Mortali. Vide Specu. eod. titu. §. i. ver. item opponit. vbi in fiallius §. dicit, quod si processus sit ceptus vigore denũciationis, & aliqua difficultas ingeratur, quod potest procedi per viam inquisitionis.

f Ch. D. Ex pacto nudo. Vide Aler. plene in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. circa finem. ff. de pac.

s C. Iudice ecclesiastico. Vide Bart. in l. sequitur. §. fin. cum al. & ibi dict. ff. de vsuca. & Felyn. in cap. fin. de prescrip.

b Hec autem probatio. Vide Andr. Sicul. in cap nouit. de iudi. & quomodo procedat libellus in hac denunciatione, vide innocen. in d. c. nouit, & ibi do. Abba. de iudic. in versi. giro quomodo. & ibi vide Barba. & ibidem vide etiam Philip. Dec. requiritur etiam quod vere & non presumptiue concludat libellus. de quo vide Feli. & Deci. in d. c. nouit & ponit Ang. de Are. in §. fic itaq. Institu. de act. & ego practicaui, quando actor possidet quod agit quod ipse lesus ex sua conseruetur indemnis et qõ imponatur perpetuum silentium in causa Nicolai de Pote, contra presbyterum Hieronymum Scharotum de Padua.

l Contra conscientiam. Vide And. Sicul. in c. nouit. in versic. in pastus de iud.

1 & Causa commissa summarie debet totam substãtiam comprehendere, & summarie intelligitur breuiter.
Qui dicit in summa, omnia membra principalia ponit.

2 Summarijs in causis libellus debet ita formari, sicut qñ ordinarie procedit. lis contestatur, & sententia diffinitiua datur.

3 Summarijs in causis dilationes possunt abbreuiari, non tamẽ ita vt probationes legitime pereant.

4 Summarijs in causis quando possint opponi exceptiones requirentes altiorem indaginem.
Exceptio dicitur habere altiorem indaginem quando non potest expediri intra tantum tempus, quantum processus principalis.

5 Peremptorium requiritur etiamqñ summarie proceditur.

6 Feriarum tempore non proceditur in causis in quibus summarie proceditur.

7 Summaria in hac cognitione que probatio requiratur.
Probatio plena que dicatur.

8 Probatio per iuramentum sufficit in causis summarijs & modici preiudicij.

9 Probatio que requiratur in summarijs, in quibus sit aliquale preiudicium reo quod tamen põt per aliud iudicium reparari.

10 Probatio plena vt fiat, requiritur quã fiant articuli, & quod singulariter & distincte probetur.

11 Simarijs in causis valde fauorabilibus sufficit quod summarium negotium probetur.

12 Possessoris in iudicijs que summarie examinantur, plena probatio requiritur ex parte actoris.

13 Summaria cognitio, in quo versetur quãdo causa summarie cognosci debet.

14 Quando proceditur contra absentem semper dicitur summarie agitari.

15 In causa secundi decreti, ly dicatur summarie cognosci. cũ probatio per instrumentum, vel per idoneos testes requiritur.

16 Probatio per instrumentum in causa primi decreti sufficit.

17 Cause summarie que sint.

18 Plenarie cause cognitio requiritur vbi sententia data tribuit ius finale nec potest per aliud iudicium reparari, nisi per appellationem, vel aliud remedium exceptiones subiungit.

19 Summarie est procedendum quando agitatur causa super qua lata sententia non parit magnum preiudicium vel parit tale qõ per aliud preiudicium reparari potest absque appellatione, vel restitutione.

20 Quomodo cognoscitur quod causa tota sit summaria vel articulus summarie cognoscatur.
Energentia ad causam requirentem plenam cognitionem, in quibus siue quis vincat, siue vincatur, propter hoc causa principalis non perditur summarie, cognoscuntur etiam respectu probationum.

21 Probatio impedimẽti a petẽte secundam dilationem, probatur per iuramentum & sic summaria, & semiplena probatio sufficit.

22 Quando tractatur de probando impedimento, vt detur secunda dilatio requiritur plena cause cognitio. & probatio.

23 In danda secunda dilatione requiritur plena cognitio quando denegatur.

24 Exceptiones que opponuntur ante litem contestatam, ly plenã probationem requirant vt quis vincat, tamen cognitio potest dici summaria, ob dilationis breuitatem.

25 Succumbens in exceptione proposita, ante litem contestatam potest illam post litem contestatam proponere, & eam plene probare, si non plene probauit ante.

Testes examinati summarie ante litem contesta. post litem cõtest. poterunt plenarie examinari.
Testes examinati in vna instãtia ad vnũ finem non impediũt examinationem fieri in alia ad alium finem.

26 Sententia late super principali quando parit exceptionem rei iudicate super incidenti, tunc super incidenti plene cognoscitur, si causa principalis erit plenaria, alias secus.

27 Exceptiones peremptorie que possunt separari a principali si incidant in negotio principali quando plenaria, & quãdo summaria cognitio adhibeatur.

28 Compensatio debiti naturalis apposita quando admittatur, & plenarie cognoscatur.

29 Exceptiones oppposite post sententiam quando sit quod requirant plenam, & quando summariam cognitionem.

30 Executio sententie impeditur per exceptionem nullitatis, vel quod sit lata pretextu falsorum instrumentorum, si probationes sunt in promptu, que debent esse plene.

31 Exceptio que opponitur non contra executionem, sed contra rem, in qua fit executio, summariam cognitionem requirit, etiam quo ad probationem.

32 Sententia lata in causa summaria, in qua iudex dicit se habuisse plenam cause cognitionem, non facit preiudicium in alia causa.

33 Sententia lata in causa in qua plena probatio requiritur, in qua iudex diceret se habuisse cognitionem summariam non valet.
Causam summarie examinari & simpliciter idem importat. Simpliciter, id est. sine plica distincte, & inuolute.

a **Summarie**, a Summa, id est, breuis, vel summa, prima, vt not. ff. de sta. hom. summa. & sic summarie, i. summatim, vel breuiter, vel primarie. vt ostendam. Hec materia tangitur in l. ij. §. sciendum. ff. ad exhib. & in Spec. de offic. com. iud. §. postremo. vbi ponit tractatum io. Fazioli. de Pisis. Sed ad maiorem declarationem † dic ad hoc vt summarie, cognoscat, quandoque adhibetur toti cause quandoque vni articulo. De primo intelligere debemus circa ordinem procedẽdi summarie, id est breuiter, & hoc quod dico breuiter, non intelligitur diminutiue, sed ita q̃ totam substantiam comprehẽdat. l. i. ff. de re iudi. & ideo qui aliquid dicit in summa, omnia membra principalia ponit: vt ff. De condi. inde. b. l. in summa. b Unde quando proceditur summarie, tunc contestatur lis, subaudi forte si sententia tribuit ius finale, alias secus. Ex hoc dico, † q̃ in processu nihil debet de substãtialibus omitti. & ideo libellus debet esse ita plene formatus, sicut & qñ ordinarie procedit. ff. ad exhib. l. ij. in prin. Item contestatur lis &c. l. tigni. §. si quis non possideat. & idẽ scribit, & l. Julianus. §. pomponius. ff. ad exhiben. Item sententia diffinitiua datur. l. ij. §. preterea. ff. ad exhiben. & de in lit. iur. l. in actionibus. in princip. & ff de libe. agno l. si quis a liberis. §. si quis ex his licet quidam dicãt quod illa est sententia interlocutoria *, vt ibi tangitur, secundum Guliel. sed gloss. C. commi. vel epis. l. prima. innuit, quod in his summarijs non requiratur ordo. quod patet per dictas leges.

3 Expeditur autem iste † processus breuiter, quia licet alias nõ possint dilationes breuiari nisi causa cognita, tamen abbreuiandi illa sola est causa sufficiens *, quod causa debet agitari summarie: vt ff. de re iudic. l. ij. in fi. non tamen ita potest abbreuiari, vt probationes legitime pereant. Hoc enim impediret cause cognitionem. quod non potest. quia cause cognitio est de substantia iudicij. vt C. commi. vel epi. l. iudex. & l. fi. & no. C. de sent. l. prolatam. sed que sunt de substantia, non possunt omitti, per hoc, quod dicit summarie: vt dictum est. ergo, &c. probatur extra de 4 ver. sig. c. sepe. in cle. Jn hoc processu. sic que exceptiones opponantur, que requirant altiorem indaginem, si quidem possunt per alium iudicem examinari. per iudicem non admitterentur, sed in alio iudicio seruabuntur. l. ille a quo. §. si de testamẽto. ff. ad Trebellia. & l. ij. §. ibidem. ff. ad exhibend. Si vero in alio iudicio examinari non possunt. etiam in ista examinabuntur vt in d. §. ibidem. in fin. & ita intelligit ibi glo. dum dicit in verb. exceptionibus quesitis reo pro possessione retinẽda. Si enim posset respuere illa. que non possunt alibi examinari, auferret ius partis & etiam cognitio tolleretur, quod non potest, vt dictum est. Ille autem non dicuntur habere altiorem indaginem. que possunt examinari intra tantum tempus, intra quantum principalis processus expeditur. etiam si hoc non opponeretur, vt l. fi is a quo. in princ. ff. vt in possessio. leg. Item in his † casibus in quibus ordinarie agitur, quis citatur peremptorie. ita in istis casibus vbi agitur summarie: quod patet in interpositione primi decreti. & secũdi quod summarie fit, & oportet quod procedat peremptorium *, vt C. de his qui ad eccl. cõfu. l. presenti. §. sed si hoc facere. & quomodo. & quando iudex. l. consentaneum. & † Lyn. 6 not. ff. de damno infecto. l. si finita. §. Julianus. Et empore † ustem feriarum non potest procedi nisi in casibus expressis. ff. de

fer.l.j.⁊ ij.⁊ quamplurib⁹ alijs legib. Non obst. predictis extra de verbo.signif.c.sepe.quia tota hec glo.procedit quando summarie tantum debet procedi ibi quando omnia illa verba iun-
7 guntur simul.de quo.s.dicam. Circa modum probandi † in hac summaria cognitione sciendum est, quod plena probatio est facere iudici plenam fidem:vt C.de eden.l.procurator.de cond.ob tur.cau l.j.ff.de vba.l.quinquaginta. Habet autem hec plena fi-
✳ des suos gradus. Nam quandoque quis incipit suspicari, hoc est in vnam partem inclinare animum suum aliqua ratione satis forti non tamen ita quod credat non posse esse contrarium. Quandoque procedit vltra,⁊ incipit credere ita forti ratione quod firmiter inheret vni parti,vel de contrario aliquo modo dubitat. et ista est plena probatio,⁊ plena fides.hec naturalis dicitur, ⁊ probatur ff.de quest.l.j.in prin. vbi ad tormenta seruorum ita demum veniri oportet cum suspectus est reus,⁊ alijs argumentis ita admonetur:vt sola confessio seruorum deesse videatur:quod enim dicit cum suspectus est reus denotat primum gradum, quo quis incipit peruenire ad finem, scilicet suspicionem, quod vero subdit,⁊ alijs argumentis,denotat secundum gradum quo incipit opinari:quod vero subdit,de confessione seruorum,denotat vltimum gradum,scilicet quod plena fides haberetur ⁊ dicitur plena probatio,hoc etiam probatur.ff.de testib l.iij.§.eiusdem.in fi. ibi, quid aut credas aut parum probatum tibi opinaris, ⁊c.

¶ Et hec plenius dixi in repetitione l.admonendi.ff. de iure-
8 iur.vbi de semiplena probatione tractaui. Nunc † autem ad pro-
e positum dico, quod quedam sunt [e] cause summarie modici, et quasi nullius preiudicij, ⁊ in his sufficit probatio per iuramentum:vt ff.ad exhiben.l.thesaurus,non enim nocet domino si patitur me cauente de damno infecto querere thesaurum meum in
f fundo suo vbicunque petitur exhibitio, sed si in actione [f] ad exhibendum veniret possessionis translatio:vt in l.Celsus.§.Julianus. ad exhiben. vel si aliter per exhibitionem damnificaretur reus,tunc non sufficeret probatio per iuramentum, sed sequeretur alia,vt statim dicam. In his enim vbi ita modicum preiudicium vertitur ex solo iuramento iudex ad suspicionem,seu opi-
9 nionem inducitur. Quedam sunt,† in quibus aliquale preiudicium fit reo, tamen potest reparari per aliud iudicium tunc alia probatio requiritur quam per iuramentum scilicet, quod per v-
g num testem,vel aliqua [g] indicia,vel verisimilia,quod ita in suspicione vel opinione iudex aduocetur:vt ff.ad l.Aquil.l.in lege Aquilia. ibi,ad suspicionem iudicem adducam. ⁊ de Carbo. edic. l.iij. §. cause. ibi,vel modicum pro puero facientem:vt de ven. in pos. mit.l.j.§.si in ea. Et ista probatio dicitur facta summarie hoc est primarie,quasi ad primum gradum probationis, scilicet suspicionem, vel opinionem peruenit. istud quod dicimus prima facie videtur quod sic,vel prima fronte:vt C.de edic.diui Adri.tol.l.fi. vel etiam potest dici summarie, id est, breuiter. Nam ad plenam
10 † probationem secundum consuetudinem hodie approbatam per Decretales requiritur,quod fiant articuli quod singulariter et
11 distincte probetur hic vero sufficit † quod summatim negocium probetur:vt d.l.in lege Aquil.ibi,summatim negocio exposito. Et hoc intelligo in causis summarijs valde fauorabilibus, scilicet ne propter probationes deficiant,vt alimentorum,⁊ ventris. Si vero non ita fauorabiles essent licet possint per aliud iudicium reparari,tunc quantumcunque sint summarie in eis plena proba-
h tio requiritur [h] ex parte agentis. Dicitur autem summarie, respectu defendentis quia si accusatorem diceret per calumniam postulare vel aliquam exceptionem opponeret,que requireret altiorem indaginem,differtur exceptionis probatio,nec impediretur actoris intentio.ff.vt in pos.leg.l.si is a quo.§.j.de pret. stip.l.j.§.pe.ad Treb.l.ille a quo.§.si de testamento. Et idem di-
12 co † in omnibus possessorijs iudicijs que dico summarie examinari:vt C.vnde vi.l.momentanee.⁊ no.C.quorum leg. l.vnic.in gloss. quod possunt per iudicium petitorium reparari. Nam in eis dico quod requiritur agentis plena probatio:vt d.l.j.C.quo.
13 bo.vbi expresse dicitur. Circa † vero exceptionem aduersarij,⁊
i circa dantes dilationes, poterit versari dicta summaria cognitio,⁊ summarie dicatur hoc casu,quasi prima facie,hoc videatur, cum iura partium non perfecte discutiantur. Quedam sunt, in quibus partis versatur preiudicium, nec possunt in aliud iudicium reparari,nisi per appellationem,vel alijs modis legitimis, ⁊ in his, si dicatur procedendum summarie, intelligitur solum
k quo ad ordinem sed ab vtraque parte probationes,[k] ⁊ defensiones audiuntur: vt C.de naufrag.l. de submersis. licet ibi sit plus quam summarie agendum vt extra de verborum signifi. c. sepe.in clemen. In his enim causis debet intelligi illa constitutio,⁊ sic loquitur hic. Si enim in causis vbi ponuntur omnia illa vocabula,scilicet,summarie,⁊ de plano ⁊c.hoc est in d.c.sepe. multo minus hoc est,vbi dicitur summarie tantum procedi. Et
14 predicta † vera vbi contra presentem procediur. Processus autem qui fieret contra absentem,ex quo posset contra eum aliquod decretum fieri
l ponit,vel diffinitiua [l] sententia deferri semper debet dici summarie agitari. Nam cum merita causarum partium assertione pandantur l.fin.C.si per vim,vel alio modo,si fit parte absente,non
✳ potest dici quod plene liqueat [*] iudici:forte enim si pars fuisset presens aliquid ostendisset,⁊ ideo totum quod probatur dicitur constare summarie hoc est,primarie id est,prima facie:⁊ ideo ge-
m sta,parte absente, [m] non ita porrigunt effectus suos ad extraneos,l.qui repudiantis ⁊ l Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffi.testamen.cum simil.⁊ sic summatim cognosci dicit gloss. C. de bo.auth.iu.possi.l.cum proponas.⁊ in authen.ibi posita.⁊ ff.
15 ex quib.cau.in pos.ea.l.§ vltimus.§.j ⁊ ibi gloss.dicit,† quod in secundo decreto procedit summaria cognitio:⁊ tamen in eo requiritur probatio per instrumentum per idoneos testes.l.fin. C.
16 de bo.auth.iud. pos.Sed in primo † decreto, quia ibi generatur modicum preiudicium ⁊ potest de facili reparari, sufficit probatio per iuramentum:vt probatur in auth de exh.re.§.susceptor. sic enim summatim dici sentit Spec.in ti.de offi.om.iudic postreme
17 circa fin. Et si queritur † que sint cause summarie,gloss.dicit regulariter,omnis causa que non requirit plenam cognitionem.l.iudices.C.de iud.fallit in casibus qui enumerantur. ff.ad exhib.l. iij.§.sciendum. Specul.dicit idem,⁊ certos casus enumerat:sed Dyn.ff.de pre.stip.l.j.§.pe. dat certas regulas sic. Vbicunque agitur causa super qua sententia lata tribuit ius finale,⁊ aufert plenum ius, ⁊ tribuit alteri,ibi desideratur cause cognitio ple-
n na .vbi vero econtra,non desideratur plena, sed sufficit semiplena,ff.quis or.in bo.pos.ser.l.ij ⁊ iij de bo.possession.l.iij.§.si causa cognita. Sed certe ille leges hoc non probent. nam distinguunt vtrum detur de plano,an iudice sedente pro tribunali. Et aliud est dicere de plano,⁊ aliud est dicere summarie:vt s.dicam in seq.glo. Nam ⁊ bonorum possessio,que tribuit ius,datur a iudice sedente pro tribunali, ⁊ tamen non datur in forma iudicij:vt not.in d.§.si causa cognita,sue tamen regule multum mihi
18 placent,vt dicamus sic,† Vbicunque sententia,data tribuit ius
n finale nec potest per aliud iudicium [n] reparari nisi per appellationem, vel aliud remedium, tunc requiritur cause plenaria cognitio regulariter:d.l.iudices C.de iudi. Fallit in casu d.l. de submersis.C.de naufra. Item in casu huius constitutionis. Item in casibus,qui ponuntur in c.dispendiosam.extra de iud. in clem. Item in casibus,in quibus sententia potest ferri contra absentem ⁊ negocium liquidari. C. quomodo,⁊ quando iudex. auth.qui semel.⁊ C.vbi de cri.agi.opor.auth. qua in prouincia. Item vbi peruenitur ad secundum decretum:vt dictum est.
19 Secunda est regula,quod † vbi causa agitur,super qua sententia lata non parit magnum preiudicium vel parit tale quod per aliud iudicium potest reparari,absque alia appellatione,vel restitutione,vel simili remedio,tunc procedendum est summarie. Istud probatur in omnibus exemplis positis in d.§.sciendum. in glo.et in eo quod s.dixi de iudicijs possessorijs,sed hoc quod dico summarie, diuersimode accipitur, vt supra ostensum est. Sed dices tu,id est, nulla lege antiqua reperitur, quod agitur summarie:nam in d.l.iij.§.sciendum.ff.ad exhiben. dicit quod summatim debet cognosci an actoris intersit,⁊ sic illum articulum dicit examinandum,non totam causam. Simile in causa alimentorum ex Carboniano summatim examinatur an filius, et sic vnus articulus:vt ff de lib.agn.l.si quis a liberis.§.si parens.⁊ de Carbo edic l.iij.§.cause.⁊ idem in si Sed vbi quid quod est principalis causa intentionis venit examinandum summarie, merito tota causa dicitur summaria. Sed quo-
20 modo cognoscimus † quando adijcitur vno articulo quod cognoscatur summatim qualiter intelligatur? Ad quod dico si causa principalis est summaria et omnes eius articuli sunt summarij,eadem ratione, vt dictum est. Si vero causa principalis requirit plenam cognitionem cause,tunc de emergentibus ⁊ incidentibus videamus. Dico, quod quedam sunt emergentes in quibus siue quis vincat,siue vincatur, causa principalis propter hoc non perditur, et in his semper dico summarie cognoscendum.exemplum ff.de peti.here.l.si quis libertatem in fi. de interro.ac.l. si defensor.§. illud. Hec dico,vel alijs emergentibus, vel incidentibus agi summarie respectu ordinis, quia in his ordo attenditur ipsius cause principalis, sed dico summatim cognosci respectu probationum, quia cum res fit modici preiudicij,sufficit quod ostendatur iudici sic esse prima facie.vt dictis legib. Quedam sunt emergentes,in quibus ille qui illas emergentes proponit,si vincit,propter hoc non vincit causam principalem, sed remaneret in dubio; sed si perdit in illa emergenti, perdit causam cum actor in prima dilatione nil probauit,petit secundam, si obtinet non vincit causam, sed remanet in dubio probationis. Si vero perdit in ista emergenti,absque
21 dubio perdit causam in isti. Si quidem loquimur † de probatione impedimen

impedimenti fienda ab eo qui petit secundam dilationem. dico
o q̄ sufficit summaria, & semiplena p̄batio: ° q̄ patet, quia sufficit
probari per iuramentum: vt extra de exceptio. cap. pastoralis. &
ff. de excusatio. tuto. l. scire autem oportet. §. sufficit. in fi. & ita de-
terminauit papa. vt retulit Specu. in titu. de appellatio. §. nūc
vero videndum, quid ergo. quod tenet Bultel. in l. ū. §. si quis. ff. si
quis cau. Et huius casus est ratio, quia consequitur modicum
22 commodum. vt dixi. Sed quando de probatione † impedimen-
ti tract. agitur, tunc illud non affero probari ex solo iuramento,
& per solum iuramentum. Sed considero istam emergentem ex
parte resistentis, quia ex denegatione huius dilationis conse-
quitur magnum commodum, & si vult impedire requiritur ple-
na cause cognitio. De hoc est text. C. de dil. l. a procedente. vbi
expresse dicitur, quod ideo plena cause cognitio tūc requiritur,
23 quia si negatur, sententiaretur super † principali questione: igi-
tur de tanta dilatione, quia aliquo casu requiritur plenaria co-
gnitio scilicet, quando denegatur, igitur in dubio videtur ple-
nam cause cognitionem requiri. argumen. ff. de condict. indeb. l.
sufficit. Quedam sunt emergentes que habent se econtra ad p̄-
dicta que ex parte eius qui emergentem proponit, si vinceret
tenuit ibi vinceret. Sed si perderet, non per hoc perdit totum
24 nec aduersarius vincit. Exemplum † in exceptione rei iudicate,
de iureiurando, et de transactione que opponuntur a reo ante
litis contestatam ad impediendum processum. Si enim opponēs
vincit, totum vincit: si perdit, remanet lis. ¶ Hoc enim' ex parte
opponentis requirit plenam probationem, vt vincat. ¶ Potest ta-
men hec cognitio dici summaria propter breuitatem dilatio-
nis, quia si requireret altiorem indaginem, differretur illa excep-
tio quantum ad impediendum processum & contestabitur lis,
postea opponetur in vim peremptorie. l. nam postea. in princ.
25 ff. de iureiur. in princ. in text. & in glos. Et ex hoc dico, quod † si
p opponens ° illa exceptione succumberet, nec plene lante litis
cōtest. probauit, posito quod super hoc examinati sunt testes.
& post lit. contesta. iterum poterit opponi, & testes iterum exa-
minari super eodem, & iterum publicari. Nam primo fuerunt
examinati summarie, ergo non impedit examinationem, que fit
post litis contestationem' vbi fit plenarie: arg. l. penult. ff. de his
qui sunt sui vel alie. iur. & l. a diuo ¶ pio. §. si super rebus. ff. de
re iudicata. Item quia testes examinati super vna instantia ad
vnum finem, non impediunt examinationem fieri in alia ad aliū
finem: argumen. ff. de eden. l. argentarius. §. penult. ff. de fort. l.
qui tabernas. & l. qui tabulas. §. fina. sed hic ante litem cōtesta.
producuntur ad vnum finem, scilicet, ne procedatur, postea ve-
ro producuntur ad alium finem id est, vt difficultiue absoluatur,
& cum instantia incipiat a contestatione, non potest dici quod
producuntur in eadem instantia. de hoc est casus extra de testi-
26 bus capitu. veniens. Quedam sunt † emergentes, vel verius in-
cidentes, vt quando producuntur alique peremptorie, et ista-
rum quedam sunt, que a principali intentione non possunt se-
parari vt omnis exceptio intentionis. Si enim dico testamen-
tum nullum, quia ruptum agnatione postumi, vel si dicam a-
ctori non competere ius agendi, quia meus seruus est, vel eum
qui petit hereditatem non esse heredem, quia ego sum heres, et
similia. non enim potest pronunciari de vno quin pronunciet
de altero. tunc de hoc incidenti cognoscendum est plene quod
patet, quia sententia lata super principali parit exceptionem rei
iudicate super incidenti. l. i. C. de ord. iud. & de or. cog. l. ū. & de ex-
ceptio. rei iudi. l. si inter me, & te. quod intellige si principalis
causa requirebat plenam cause cognitionē: dicta l. secus si sum-
mariam. vt ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. penult. et
de libe. agnosce. l. si quis a liberis. §. si vel parens. Quedam a-
lie sunt incidentes peremptorie que possunt separari a princi-
27 pali vt omnis † exceptio actionis exclusio. nam vtrunque esse
potest, & potest de vno cognosci, & aliud omitti. Et istarum que-
dam sunt que principaliter non possunt per se in alio iudicio a-
gitarive exceptio pacti & si que sunt alie mere exceptiones. et
de istis fine dubio debet plenius cognosci, cum ex vtraque pa-
te debeant plene discuti: vt in d. l. iudices. C. de iudic. & hoc fa-
cit, quia parit plenum preiudicium ab vtraque parte. Quedam
sunt exceptiones que possunt p se examinari in alio iudicio non
tamen ad eundē finē ad quem opponuntur, in primo exemplum
in l. vendicantē. & l. sequen. ff. de euic. debet etiam plene probari
eadē ratione. tamen si quis succumbat per modum exceptionis,
* potest illud postea deducere * in iudicio per modū actionis di-
cta l. vendicantem. in fi. & sequen. Ratio est, quia ad diuersum fi-
nem agitur, & sic non videtur eadem res. l. cum queritur. ff. de ex-
ceptio. rei iudica. Ita not. Cyn. C. lenten. rescin non posse. l. per
emptorias. dixi plene quantum ad hoc in l. qui Rome. §. duo
fratres. ff. de verbo. obligā. Quedam sunt exceptiones que pos-
sunt per se examinari in alio iudicio per eundē finē, per modum

* agendi: vt exceptio compensationis *. sic enim cum opponitur,
tendit ad hunc finem: vt mihi satisfaciat compensando. ita cum
ego, ago, tendo ad hunc finem vt mihi satisfaciat soluendo, & ita
cum possit se iu. alio iudicio reparari, habet in se aliquid summa-
rie cognitionis, quia si habet altiorem indaginē, iudex non de-
bet eam admittere. de compensa. l. fina. & ideo si opponeretur
28 † compensatio debiti naturalis, quod non potest deduci in alio
iudicio, hoc non haberet locum, sed deberet plene examinari. si-
29 cut alie exceptiones: vt dictum est. Sed admittitur ad hoc, vt
opponens vincat: vel vt reprobetur compensatio requirit ple-
na cause cognitio: cum plenum etiam faciat preiudicium. l. quod
in die. §. si rationem. ff. de compensa. & ff. de neg. gest. l. finali. §.
fina. sed si iudex eam admitteret non reprobando, tunc non face
ret preiudicium: vt ibi. Et predicta de his que emergunt ante
sententiam, sed post sententiam quandoque occurrunt alique
emergentes, vel incidētes: & ideo dicit, quod post sententiā ali-
quando opponuntur alique exceptiones ad merita cause, nō ad
sententiam: vt in casu l. prime. C. de iu. & fac. igno. & tunc dic idem
quod s. Quedam sunt, que opponuntur contra ipsam executio-
30 nem: vt quia dicit, quod non debet fieri † executio quia senten-
q tia nulla, vel lata p̄ testu falsorum instrumentorū q. & alia simi-
lia, & ista requirunt summariā cognitionē, quo ad breuitatē dila-
tionis: q̄ si requirunt altiorē indaginē non impediretur execu-
tio, sed exceptio reseruaretur p̄stita cautione de reddendo quod
exigitur. C. de fal. l. ū. C. de p̄bus impera. offerend. authen. que
supplicatio. & extra de in integr. restitu. capitul. suscitata. Sed si
p̄bationes essent in promptu, tamen impeditur executio: et ille
p̄bationes debent esse plene: vt C. si ex fal. instrumen. l. fina. ibi,
manifestis p̄bationibus, &c. & idem puto quādo opponitur ex-
ceptio, quod non debet mandari executio in totum sed qua-
tenus quis facere potest vel alia similia: vt ff. soluto matrimo. l.
31 si ex diuerso. §. fina. cum simili. † Quedam exceptiones opponū-
tur non contra executionem simpliciter sed contra rem in qua
fit executio. & iste simpliciter requirunt summariā cognitionem
quo ad breuitatem & quo ad semiplenam p̄bationem: d. l. a di-
uo ¶ pio. §. si sup rebus. ff. de re iudica. Ratio, quia ibi vertitur
modicum p̄iudicium, quia si non, mandatur executioni sup illa
re. mandabitur sup alia. Item de illa questione poterit co-
gnosci in ordinario iudicio: vt ibi dicitur. Sed quando concedi-
tur vtrum sententia sit executioni mādanda vel non, & sic de vi-
ribus sententie, tunc est res magni preiudicij. † Sed quid si in
32 causa summaria iudex in sententia direxit se habuisse plenam
r cause recognitionem r, an per hoc faciat preiudicium in alia cau
sa? Respond. non: quia debet intelligi se habuisse plenam, secū
dum quod natura cause exigit: vt l. si vno. in principi. ff. loca. de
usur. l. si stipulatus. & de damno infecto. l. damni infecti quidam.
& quia cognoscere summarie non est solum in iudice: sed etiam i
parte, que forte non curat producere probationes, ideo q̄ scit
causam posse reparari in alio iudicio, & hoc maxime verum, si
pars contradixit sententie. vt in capitul. sepe. in fine de verbo-
rum significatione. in clementi. Sed illud capitulum loquitur in
causis, que parant plenum preiudicium quocunque modo aga-
33 tur. † Sed si in causa, in qua requiritur plena probatio diceret
se habuisse cognitionem summariam puto sententiam non va-
lere: quia plenaria cause cognitio est de substantialibus: vt C.
de senten. l. ex stipulatione. & C. commi. vel epistol. l. iudex. ideo
si omittitur vitiatur sententia. & nota. C. de senten. l. prolatam.
¶ Item quod supra diri de hac dictione summarie, idem intel-
lige si diceretur causam debere recte examinari simpliciter, de
quo verbo fit mentio in d. clem. sepe. quia debet intelligi hoc est
simpliciter sine plica, scilicet sine distinctione, & inuolutione. vt
ff. pro soc. l. coiri. de vulg. & pupi. substi. l. i. & de verb. obliga. l. i. §.
si quis simpliciter.

ADDITIONES.

a Thom. Diplo. ¶ Summarie. Vide plenam apostil. Alexand.
in l. prima. §. finali. ff. de pact. stipu. in addit. que incip. pulchrum
tractatum. & in addit. sequen. & Andre. ficu. in l. secunda. C. de
edic. diui Adr. tollen. in princip. & apostil. Alexand. in l. secun-
da. C. de pigno. in versi. dari libellus. Et an partes possint face-
re. quod quis procedat summarie, &c. vide plenam apostil. Ale-
xand. in l. ius publicum. ff. de pact. & Anto. Barb. in c. de causis
de offi. delega. adde quod dicitur summarie quando parte ab-
sente potest cognosci secundum glo. & Bar. in l. i. C. quando pro
no. non est necel. & de hac clausula summarie, simpliciter, & de pla
no, &c. sola facti veritate inspecta. Roma. consi. xx. & cxci. cccciv. &
cccccvij.

b ¶ In summa. Vide Jasi. ibi in j. no. & Alexan. in add. in l. intra
dies. in fi. ff. de re iud.

c ¶ Contestatur lis. Vide Hem. in cōsi. cxxxv. factum. in fi. & Ale
xan. in d. l. intra dies. in fi. ff. de re iud.

d ¶ Sententia diffinitiua. Vide Jas. in l. properandum. in princ. C. de iudic.

✳ ¶ Interlocutoria. Quod sit diffinitiua, tenet Ro. consil. cclvij. & sequen.

✳ ¶ Sufficiens. Sed si sit minus breuis, & ledatur pars alia de iure Canonico repeti potest, vt voluit Bart. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. quem sequitur Ro. ccccxvij.

✳ ¶ Peremptorium. Dicit tamen Romanus consi. proxime allegatum, quod non est necesse quod peremptorie dicatur in citatione, & vna pro omnibus sufficiat, si dicatur, summarie & de plano.

✳ ¶ Suspicari. Vide eundem in l. admonendi. ff. de iureiur. & Roma. consi. xx. Imo. in cle. sepe. de verb. signifi. vbi in omnibus refert & sequitur Bart. hic.

e ¶ Tho. D. ¶ Quedam sunt. Vide Bar. in l. j. in fi. quorum bono. & ibi apostil. Alex. in ver. summaria.

f ¶ Sed in actione. Adde Bar. in l. fi. quis ex liberis. §. fi quis ex his. ff. de liber. agno. & ibi dixi. & eundem in l. si constante. in princip. in secunda questio. soluto matrimo. & in l. ij. §. ibidem. ff. ad exhiben. & in l. ij. in fin. C. de edi. dim. Adria. tollen.

g ¶ Vel aliqua. Vide plene per Cy. el. in c. cū oporteat. de accusa.

h ¶ Requiritur. Vide plene per Ale. in consi. cxxxix. incip. circa primum. in vj. vol.

i ¶ Circa vero. Vide plene per Jas. in l. fi. ff. de fer. & Bart. in l. ij. §. cause. ff. de Carbo. edic.

k ¶ Probationes. Vide Bar. in l. si is. §. pen. ff. vt in pos. leg. vbi etiam dixi.

l ¶ Diffinitiua sententia. Vide Paul. de Castr. in consil. xl. pro pleniori.

✳ Liqueat. Quando iudici dicatur constare de iuribus partium, vide Rom. consi. cccxxix.

m Tho. D. ¶ Parte absente. Vide Pau. de Ca. in consi. xl. incip. pro pleniori examinatione. in §. col. in prin.

n ¶ Per aliud iudicium. Vide Feli. in c. causam que. de testib.

o ¶ Probatio. Vide Alexan. plene in l. ij. ff. si quis cau. in verficu. extra glo.

p ¶ Opponens. Vide Ang. de Are. in §. actionum. versi. aduertas. Inſti. de actio.

✳ ¶ Deducere. Adde. vt per Roma. consi. ccccxvij.

✳ ¶ Compensationis. Adde vt per Rom. consi. lxxj.

✳ Promptu. Adde Pau. de Cast. consi. cccxx. pulchre Oldrad. cōsil. cvj. Abb. consi. lv. lib. ij.

q Tho. D. ¶ Instrumentorum. Vide Angel. in l. admonendi. ff. de iureiurando.

r ¶ Cognitionem. Vide plene per Ale. in l. sepe. ff. de re iudica.

1 ☞ Causa vilis, & vilium personarum de plano agitari debet iudice non sedente pro tribunali, & sine libello, & aliis solennitatibus.

2 Cause grauioris ponderis si agitari debent de plano, quomodo in telligatur.

3 Articulus vnius cause, qui ordinarie agitari debet quomodo poterit de plano agi.
Libellus potest produci coram iudice eo non sedente, et etiam die feriata ob necessitatem hominum. Item qui habet terminū ad probandum coram iudice secus si ad probandum.

4 Articuli modici preiudicij, ita quod summariam cognitionem requirant licet opus sit quod iudex aliquid faciat, poterunt de plano, scilicet iudice non sedente, & tempore feriato ob hominū necessitatem expediri, secus si alicui parti possunt esse magni preiudicij.

5 Cause que sint ille in quibus non speratur sententia, que possunt de plano & sine cognitione expediri.

6 Tutoris datio ex inquisitione, & bonorum possessio que tribuit ius licet in eis requiratur plena, probatio, non tamen dicuntur cause ordinarie nec probatio fit in forma iudicij.

a **De plano.** a Planum est oppositum alto. Item altū dicitur ratione loci, vel styli; dicimus enim quem vti alto stylo. Item de plano fieri oppositum est ei quod fit velociter: quelibet istarum significationum potest habere locum hic, vt statim patebit. Videamus ergo que cause debeant
1 agitari de plano, & quid importent. Et dico, † si quidem causa est vilis, vel de vili natura, vel vilium personarum, tunc hic agitur de plano: vt C. de senten. ex breuic. recit. authen. nisi breues. & ff. de offic. proconsul. & leg. l. nec quicquam. §. de plano. de accusa. l. lenia. & tunc de plano importat idem quod iudice non sedente pro tribunali, & sic non in loco alto. Item quod non reseruatur stylus alicuius iudicium, sed sine libello, vel aliis solennitatibus cognoscamus veritatem: vt not. in dicto §. de plano. in glos. & Gulielm. de Cug. in dicta l. lenia. secundum vnam
2 opinionem veram. Si vero est causa ponderis grauioris, & tūc regula est, quod causa debet agitari plene, & solenniter cognoscendo l. iudices. C. de iudi. Fallit in quibusdam causis que agitantur de plano: vt ff. de questio. l. vnius facinoris. §. fina. & extra de iudi. capi. nouit. in fin. de accusatio. cap. olim. & in his non intelligitur exclusus ordo iudiciarius: vt d. c. olim. & ibi not. per Innocen. Et ratio quia in causis magnis procedere, ita repentine, sine solennitate, est stylus altus nimis. Solum enim regem & Principes hoc faciunt. Sed procedere ordinarie, est in his de plano procedere, hoc est non frequenter, nec stylo alto. Videdes ergo, quod ex diuersitate cause stylus dicitur altus vel
similmode, & in his semper puto non erit necesse iudicem sedere in
✳ alto tribunali, * sed in camera poterit fieri, & hoc si de tota causa agitanda de plano queratur. Si vero † queritur de articu-
2 lo
b lo vnius cause que debet agitari ordinarie, an articulus alius
quis poterit agitari de plano, dic quod quedam facit quis in
c iudicio coram iudice, vbi sufficit presentia iudicis, vt procedere libellum coram iudice. & istud semper potest fieri de plano, hoc est iudice non sedente pro tribunali & die feriata ob necessitatem hominum. l. miles. §. seruiginta. ff. de adulte. Item in appellatione que solum coram iudice interponitur: vt C. de ferijs.
d l. prima. Per hoc dico quod relationes d nunciorum, que fiunt iudici, possunt fieri de plano, & si aliquis habet terminum ad producendum aliquid coram iudice: quia de plano poterit fieri, per dictas leges. Secus si habuit terminum ad probandum, quia per hoc solum quod exhiberet coram iudice non fieret probatio, nisi parti detur copia, & terminus ad opponendum. & si quod productum est approbabitur, vel reprobabitur. vt ex hoc
e ei imponeret fides vel non: vt C. de fide instrumen. l. fi.
4 dam sunt articuli, † in quibus opus est iudicem aliquid facere & tunc si quidem illud est modici preiudicij. ita quod summariam cognitionem requirat secundum quod dicitur de defensa. cui. l. iubemus. §. illud. & dixi in preced. gloss. & tunc poterit de plano examinari, hoc est iudice non sedente pro tribunali, de feriata ob necessitatem hominum. ff. de interroga. actio. l. volūt. §. fina. Si vero illud potest esse ab aliqua parte magni preiudicij. tunc non debet agitari de plano, sed plene causa cognita & iudice sedente pro tribunali: vt C. de dila. l. a procedente. Et ista vera in causis in quibus venit ferenda sentencia diffinitiua.
5 sed contingit † aliquando, quod coram iudice agitantur quedam cause ex quibus non speratur sententia, sed aliquod decretum iudicis. Et in his dic, quod quandoque decretum tale interponitur in his que sunt mere voluntarie iurisdictionis et nulla alia causa requiritur, nisi partium voluntas & ista de plano interponitur. id est, iudice non sedente pro tribunali: vt Institu. de lib. §. serui. & ff. de manumis. vindi. l. non est omnino. Quedam sunt que requirunt cause cognitionem, & tunc si quidem est cognitio leuis seu summaria, vt in tutore, seu curatore, qui detur sine inquisitione, & ista possunt similiter agitari de plano. ff. de tut. l. qui habet. §. quolibet loco. & in bonorum possessione que non tribuit ius: vt ff. quis or. in bono. posses. ser. l. §.
6 & de bonorum possessio. l. ij. §. si causa cognita. & Quedam sunt que requirunt veram & plenam cause cognitionem: vt de tutorum ex inquisitione & bonorum possess. que tribuit ius, non potest fieri de plano. sed iudice sedente pro tribunali. de confirm. tut. l. naturali. §. fin. de bonorum posses. l. ij. §. sacognita. & d. l. ij. §. dies. ff. quis ord. in bono. possessio. ser.
f aduerte, f quia in istis casibus licet requiratur plena probatio, non tamen est causa ordinaria, imo non fit probatio in forma iudicij. imo nulla parte arctat: vt not. d. §. si causa cognita. & decto §. dies. & illo respectu potest dici non plenaria, per ea que dixi in precedenti glossa. & sic patet quod ille leges, que debent de plano cognosci, longe differunt ab his, que dicunt causam summarie agitari. vnde ex dicta l. tertia. §. si causa cognita. & dicta l. ij. §. dies. debuit Py. sumere regulas in materia summarie cognitionis: vt dixi in preceden. glos.

ADDITIONES.

a Tho. D. ¶ Plano. Si commissa est causa alicui quod cognoscat de plano, idem est quod si simpliciter cognoscenda committeretur: vide Ale. in l. coheredi. §. coheres. in princ. ff. de vul. & pupillari.

✳ ¶ Tribunali. Sequitur Rom. consi. cccxcvij. & Imo. in clem. sepe. de verb. signifi. vbi omnia sequitur nihil addens.

b ¶ Articulo. Vide Ale. in l. qui ante calendas. in ij. col. ff. de verbo oblig.

c ¶ Coram iudice. Vide Ale. in l. j. ff. de fer.

d ¶ Relationes nunciorum. Relationes nunciorum possunt fieri die feriato ob necessitatem hominum. Vide plene per Ale.

in l.i.§.nunciatio.ff.de ope.noui nunciatio.ꝛ in l.hec autem.§. non defenditur.ff.ex quib.cau.in pos.ea.

e C.fina. Vide Ale.in d l.fi.C.de fid.instr. in apost. Barto. et Maria. Socin.in trac.de citatione.articu.xvij.in quib.quod relatio nunc potest fieri iudice non sedente pro tribunali,ꝛ Alexā. in l finita.§.Julianus.ff.de dam.infec.

f C Sed aduerte. Not.quod ad instructionem,ꝛ presumptionem informandam non seruatur ordo ꝛ figura iudicij.adde Bart.ff. in ver.summarie.ꝛ Bal.in l.iudices,C.de iudic.ꝛ clarius Bald. dicit in cap.§.fi duo.post glos.ibi de pa.in fi.quod potest iudex informationem capere a testibus non iuratis,ꝛ sine ordine iudiciario.Vide concor.de quibus per Franc.de Cur.in consil. xl.super eo,in fi.fue addi.

1 Causa cognoscenda sine strepitu intelligitur.i.sine rumore.
2 Iudex qui cognoscit causam; sine strepitu,cogitur audire partem volentem sibi aliquid in occulto dicere.
3 Causa incognoscen. dā; sine strepitu non datur dilatio ad querendum aduocatos.

Sine strepitu. Sic extra.de accusa.capi.olim.ꝛ de.ibi.capitu.fin.in prīc lib.vi.ꝛ de iudi.clemen. dispēdiosam.ꝛ de verborum significat.capitu.sepe.in clemen. Et de strepitu quidam dicunt esse omnem solēnitatem que magis spectat ad ordinem quam ad inuentionem veritatis,quorum opinionem refert Innocen.in d.c.olim.de accusatio. sed non tenet eam bene. Dic ergo, quod strepitus idem est quod rumor ꝛ descendit a strepo strepis, quod est idem quod rumorem facere, secundum Hugu. Sicut autem per verbum de plano, remouetur altitudo loci,stylus:et dictum est ata per hoc verbum,strepitus,remouetur altitudo vocum ꝛ declamatio.ideo additur,q; que absq; aduocatorum,iudicorum strepitu ꝛ figura: vt d.c.fina. in princip.

2 de bereti lib.vi. Et per hoc dico qō in causis,[a] in quibus debet procedi sine strepitu,si pars diceret iudici quod approximaret se et qd volebat aliquid dicere in occulto,quod iudex debet hoc facere,alias grauaret eum. Predicta tamen iura non habent locum in hac constitutione.quia hic dicitur,quod iudex potest, non autem imponitur ei necessitas. In alijs autem causis iudex non cogitur eum audire, nisi palam ante tribunal: vt de
3 epis.ꝛ cleri.l.iubemus.in fi. C Item licet detur dilatio parti
b ad querendum aduocatos,[b] vt ff.ex quib.caus.ma.l.ab hostibus, in fi.dixit pretor.tamen in casu isto non erit danda, quia ab ea est remotus strepitus aduocatorum,puto tamen quod hoc verbum ad maiorē expressionē apponatur. Nam per hoc quod dicit de plano,satis potest intelligi respectu loci,styli,ꝛ vocis.

ADDITIONES.

a Tho.D.C Dico quod in causis. Not. quod in causis,in quibus proceditur sine figura iudicij,iudex potest occulte loqui cū partes,sic limit.quod quamuis sit iusta causa suspicionis,si iudex loquitur cum parte:vt in Specu.in titu.de dilatio.ꝛ alleg.in fi.x doc.in.accedens.el ij.vt lit. non contesta. tamen limitatur per doctri.Bart.hic,quam sequitur Jas.in l.apertissimi.C.de iudi.in vi.ca.quod not.

b C Aduocatos. Not.quod dicit Bartol.hic quod licet in causis summarijs non debet dari dilatio ad inueniendum aduocatus, tamen de hoc dicto valde dubito quod non sit verum: quia causa aduocato est catere magna parte defensionis. l. aduocati. C.de aduo.diuer.iud. Fulg.in l.certi iuris.C.de iudi.facit glo.in Lapsi.finelit.§.fi manicipium.ff.de edil.edi.ꝛ tenet Jas.in l.fin. ff.de ver.oblig.ca.in princ.vt lit. non contest.facit l.laudabilez. in prīc.C.de aduo.diuer. iudi. C Constat enim defensionem esse de iure naturali.de postoralis.de re iudic.capitu ius naturale. 5 distinct.Heleniam.§.qui cum aliter.ꝛ ibi Flor.ff.ad l. Aquil. nor.Doct.ff.ꝛ C.ꝛ Justi.in rub.de exce.ꝛ in rubri.extra eodem. ꝛ quamuis causa sit summaria,non tamen auget dilationes, qō tollitur necessaria:vt dicunt omnes in clementi.sepe. de verbor significat,ꝛ ita plures obtinui. ꝛ obseruatum vidi cōtra Bart. ꝛ addeque posui in ij.lib.de prestan.Doct.in vij.q.vbi sunt plura bona in materia,an,ꝛ quando debeat dari dilatio ad querendum aduocatum,ꝛ vide Jas. in l.fi.in fi.ff. de fer.ꝛ dixi in addit. in l.ait pretor.§. deinde. C. quib. ex caus. in integr. resti. non est necess.

1 C Figura rei corporalis dicitur potens forma ipsius vel facies.quarei substantia figuratur.
2 Res incorporalis figura dicitur eius natura.
3 Judicij figura est.quod partes iudicij sint facte secundum ordinem debitum,ꝛ debitam probationem.seu proportionem.
4 Causa in cognoscenda sine figura iudicij tolluntur substantialia a iure ciuili inducta, non a iure naturali.
5 Clausula.sine figura iudicij,non adstringit iudicem ad formam inductam de iure ciuili.sed ad inductam de iure gentium,vel naturali.
Clausula,summarie.simpliciter,ꝛ de plano,sine strepitu, ꝛ figura iudicij.quid importet.
6 Citanda est pars in iudicio agitando sine figura iudicij.
7 Personarum legitimatio requiritur.
8 Petitio requiritur licet non solennis. ꝛ sufficit, quod contineat factum ꝛ in actis redigatur.nec conclusio requiritur,ꝛ conclusio inepta nō vitiat processum ꝛ sufficit generalis dummodo reus reddatur certus.
9 Exceptio rei iudic.vel finite,ꝛ alie ad processum impediendum opponuntur.
Exceptiones magis litem differentes quam substantiam rei respicientes iudex repellere potest.
10 Litis contest.non requiritur quando agitur sine figura iudicij
Positiones,ꝛ articuli habentur pro litis contestatione.
12 Dilationes dantur ad probandum licet, breues,licet probationes facte fine termino probent.
13 Testes iurant parte presente.
14 Dicta testium debent concludere sicut in ordinarijs.
15 Testes ꝛ eorum dicta publicantur.
16 Testes post didicita testificata non possunt produci.
17 Instrumentorum editio non petitur.
18 Conclusio in causa non repellitur.
19 Terminus ad allegandum necessario non datur.
20 Partes citantur ad audiendam sententiam.
21 Sententia in causa que tractatur sine figura iudicij, est ferenda in scriptis de iure canonico,ꝛ potest fieri iudice non sedente:de iure ciuili necessario non fertur in scriptis, dummodo in actis redigatur.
22 Sententia lata in dominum, procuratore presente in hoc casu tenet.
Iudex precedente cause cognitione, absque alia sententia potest rem capere,ꝛ illam distrahere.

a **Et figura.** [a] Figura † uiuslibet,est potens forma ipsius, vel facies, in qua rei substantia figuratur:vt ff.de actio.ꝛ oblig.non figura.ꝛ ita dicit Joan.And. in c.sepe.extra de verborū significatio in clem.in glo.super verbo,non exigat.quod est verū in figura rei corporalis.C.de edi.
b dicti Adri.tol.l.fi.ꝛ.ff.de verborum signific.& queret aliquis vbi
2 hoc melius probatur quam alibi. In rei vero incorporalis †figura dicitur eius natura. Unde recte dicimus figuram actionis vnicam esse ipsius actionis naturam.vt C.de rei vxor. act.l.j.§.cum autem in exactione,ibi,rudem figuram ex stipulatu.ꝛc.Quedā sunt facta prout considerantur in fieri seu in actu faciendi,ꝛ ipsorum figura est ipse ordo faciendi. Unde in grammatica dicim.[a] figure simplicis,quia simpliciter profertur. Quia igitur actus proferendi est simplex,ideo dicitur figure simplicis. hic autem loquimur de figura iudicij. Et iudicium licet habeat multas significationes,tamen hic accipitur pro actu examinationis,ꝛ
3 decisionis cause. Figura † ergo iudicij est quod partes iudicis sint facte secundum diem debitum ꝛ debitam probationem.seu proportionem.ꝛ ista figura iudicij accipit suum esse,ꝛ suam substantiam,quod patet.quia si ordo non seruaretur,iudicium esset
4 nullum.vt C.de senten.l.prolatam. Unde per hoc † quod dicitur.sine,figura,tolluntur substantialia iudiciorum vt ipsum verbum importat.vt not. Joannes Andr.in d.cap.sepe.in glo.super verbo,figura. Sed contra hoc oppo.quod.sublatis substantialibus nullo modo erit iudicium, cum res non est perempta, sine eius substantia.l.obligationum substantia.ff.de actio.ꝛ obli
c gatio.sed hoc in veritate est iudicium.licet extraordinarium. Solu. Tolluntur substantialia iudicij de iure ciuili introducta,
d non autem ea[b], que sunt naturalia a iure naturali seu gentium inducta naturali ratione.vt infra in multis ostendam. Item aduertendum.est.quod Joan.Andr.in d.clementi.sepe in glos.super verbo,non exigit.dicit quod iudex non adstringitur hoc casu ad aliquas formas, regulas, vel figuras iudiciorum. nisi inquantum in dicto capitulo exprimatur;ꝛ illa expressa magis respiciunt figuram facti negotij.vel cause quam iudicij.secundum eum. Tu.dic quod iudex per hec verba releuatur ab omni forma,ꝛ figura iudicij inducta a iure ciuili ꝛ tenetur obseruare omnem figuram,ꝛ formam iudicij inducti de iure gentium, vel naturali ratione,ꝛ de his loquitur vt plurimum illud.licet aliqualiter egeat declaratione, vt infra declarabo. Aduertendum est quod dicit Joannes Andreas, qō si omnia dicta verba scilicet summarie,simpliciter,ꝛ de plano,sine strepitu, ꝛ figura iudicij. hic non proponerentur,non haberet locum qō dicitur in d. clesepe. vt ipse ibi notat in glos. super verbo figura. quod verum

est,si a primis incipias,⁊ istud vltimum omittas.Sed si propo-
neretur istud vltimum,scilicet,sine figura iudicij,licet omnia ver
ba premissa essent omissa, idem importaret, cum omnia substan-
tialia essent sublata. Quod igitur de significatione huius verbi
dicam, intellige idem si omnia coniungerentur Quid ergo hec
verba important, per singulas partes iudicij prosequamur la-
6 tius quam in d.c.sepe.declaretur. Quero igitur vtrum sit † ne-
e cesse quod pars citetur? Respon.sic e.vt in hac lege inuenitur.
¶ Item quia hoc est de iure naturali, nam primum hominem
delinquentem citauit Deus dicens. Adam vbi es? Hoc etiam
probatur extra de re iudi. c.pastoralis.in clemen. vbi sententia
domini Imperatoris Henrici qui fecit hanc legem, et postea
condemnauit Regem Robertum Regem Hierusalem ⁊ Si-
* cilie,cassa fuit ex eo quod citatio * non fuit facta legitime: pro-
7 batur in dicto c.sepe. Item an est necesse † quod persone f legi-
f timentur? Respon.sic, vt hac constitutione ibi, vel alias legiti-
me,⁊c. alias sequeretur absurdum,scilicet, quod aliter non ha-
bens mandatum a me possit mihi preiudicare,quod repugnat
iuri naturali:vt C.de inoffic.testam.l.si quis in suo.⁊ ff.de regu-
lis iuris.l.factum cuique suum.⁊ extra de regulis iuris.capi.non
8 debet aliquis.libro sexto.⁊ hoc tangitur in d.c.sepe.† Item an
requiratur petitio? Respon.in casu huius l. oportet quod pre-
cedat accusatio,inquisitio,vel denunciatio,vt dictum est,alias v-
bi causa deberet agi sine figura iudicij, vt dicitur in dicta cle-
* men. sepe. nec est necesse quod libellus detur in scriptis, * sed
g iuxta petitionis formam pronunciatio g sequi debet pro parte
agentis vel rei si quid petere voluerit, ⁊ in ipso litis exordio
facienda est petitio siue in scriptis,siue verbo, in actis tamē in-
serēda,vt ibi dicitur,⁊ iustum est,quia naturale est, quod agens
petitionem suam proponat. Nam coram Salomone mulier ita
dixit. Filius meus viuit filius istius mulieris mortuus est, vt
not.C.de senten.ex breuicu.recitand.l.ij.⁊ extra de presum.c.af-
ferte mihi.⁊ habetur in tertio libro Regum.tertio capitulo,v-
h bi illa petitio latius,⁊ aduertendum h quod illa petitio continet
solum facti narrationem,non conclusionem. Ex quo infero quod
licet illa petitio non habeat omnia solennia que de iure requi-
runtur:vt not.ff.de edendo.l.prima, in princip, tamen sufficit,si
est generalis:vt est argumen.C.de annal.except.l.fina. in princ.
Item,si conclusio non est legitime facta. l. prima.§. primo.ff. si
men.fal.mod.dixer.vel si non petat eum condemnari, sed petit
i eum cogi, i quod fieri non debet:vt C.de execu.rei iudica.l.j. ta-
men in hoc casu quando sine figura iudicij proceditur, valebit
k iudicium. Si enim procedit vbi sola facti narratio k est absque
* conditione nulla,multo magis si conclusio non erit bene facta *
si tamen ex narratione possit cōprehendi quid actor velit,argu.
C.de rei vxor.act.l.j.§.j.⁊ hoc est quod volunt dicere verba dicti.c.
sepe.dum dicit,iuxta petitionis formam,⁊c.q.d.licet non pro-
nuncietur reo quod est petitum,sufficit si pronuncietur iuxta id
quod est petitum. Aliud est enim iuxta petitum, ⁊ aliud petitū
iudicare,ff.iudicatum sol.l.iam tamen. §.in hac.versic. quid ta-
men. semper tamen intellige quod non sit tanta incertitudo quod
9 auferat defensionem reo:vt j.dicam.† Item an poterit opponi
exceptio rei iudicate vel finite ad impediendum processum? Re-
spon. sic,l quia de iure naturali est ne bis iudicetur in idipsum.
exceptiones vero que magis differunt, et frustrantur cause ve-
ritatem, quam ipsam respiciant, potest iudex repellere d. c. se-
pe.ille enim de iure naturali non sunt imo cōtrariantur. ¶ Itē
l an procedi possit tēpore feriato? in d.c. l dicitur quod sic,si sunt
ferie inducte ob necessitatem hominum, secus si ob honorem
Dei. Ratio,quia de iure naturali sunt ferie inducte in honorem
* Dei,precepit enim Deus coli sabbata,⁊ quasdam festiuitates *.
10 ¶ Item an sit contestanda lis? Respon.† non: Nam dicitur ibi,
litis contesta non postulet. Ratio, quia est solennitas iuris ci-
m uilis,eo tamen casu,quo merita causarum m tractari incipiunt,
vt quia legitimatis personis proponuntur exceptiones, vel
fiunt positiones et articuli habent vim litis contestationis ad
faciendum de procuratore dominum litis. Item quo ad certos
effectus contest.litis:vt C de procuratorib.l.nulla.ibi.post cau-
sam in iudicio agitatam.⁊ ibi.post inchoatam causam non dicit,
lite contestata.sufficit ergo quod quocūque modo causa incipiat
11 agitari.hoc not.in l.nihil.C.de procuratoribus.Item † an de ca-
lumnia sit iurandum in dicto capitu.dicitur, quod sic,ne veritas
occultetur. In contrarium facit,quia hec solennitas videtur in-
ducta a iure ciuili: vt C. de iuramen.calum.l.ij. sed dic primum
verum, quod iuramentum defertur in tota causa etiam de iu-
re naturali ⁊ diuino, hoc est tempore Moysi inductum est, vt
propter incredulitatem aliquis deberet iurare: vt extra de iu-
reiuran.capitu.et si Christus.et Exodi capitu.xxij. si igitur iu-
retur super quolibet articulo,vt fiebat olim:vt C.de iureiuran.
l.secunda.satis putarem sufficere,maxime cum tale iuramentum
possit omitti:vt dicta l.ij. §. sed quia veremur. Item an debeant
12 † dari dilationes? Videtur quod sic. Nam in dicto c.sepe. dici-
n tur amputandam dilationis materiam, ⁊ litem quantum pote-
rit faciat breuiorem,non tamen sic litem iudex abbreuiet, quin
probationes vere, ⁊ defensiones legitime admittantur. Et ita
dicitur ibi: quod iuri naturali,⁊ rationi congruit:cum enim pro-
bationes sunt faciende, oportet quod fiant in termino,⁊ postea
quod valeant si fiant sine dilatione.l.vnius. in §.cogniturum.ff.
de questione ⁊ ff.de adul.l. in crimine. ⁊ ibi dixi. tamen equum
est dilationem certam dari causa breuiande litis, ⁊ quod dicit
* quod non sunt nimis breues *, congruit naturali equitati, quia
aufert parti actoris ius suum,reo vero aufertur defensio,que ex
causa naturali est l.vt vim.ff.de iust.⁊ iur.⁊ est expressum in cle-
men.pastoralis.de re iudicata.Sed ad quid dabitur ista dilatio
in dicta decretali dicitur quod primo datur terminus ad facien-
dum positiones ⁊ articulos simul, postea vero detur terminus
ad producendum omnia que partes voluerunt.Sed certe illud
est expresse statutum illius decretalis, que vult in hoc seruari
vsum,hoc tamen non est de iure naturali,nec ciuili,cum sufficiat
dari in causa ad probandum vnam dilationem: vt ff.de ferijs.l.
finali. Unde in hoc in foro ciuili non est seruanda illa decreta-
13 lis. † Item an in dictis causis in quibus proceditur sine figura
* iudicij,testes debeant iurare *, hoc enim non reperitur de iu-
re Digestorum,nisi in l.Theopompus.ff.de dote preleg.sed vi-
detur mera constitutio Imperatoris: vt C.de testib.l.iurisiu-
randi. puto tamen quod iurare debeant per ea que dicta sunt
de iuramento calumnie Sed an presente parte:puto quod sic,
aliter auferrentur eis defensiones, quod repugnat naturali e-
14 quitati vt dictum est.Circa † vero dicta testium puto, quod de-
o beant esse talia,que concludant o, sicut in causis ordinarijs, ar-
gumento eius quod dicitur in Daniele de Susanna,⁊ quod no.
15 C.de testib.l.testium. Sed an requiretur publicatio † testium?
Gloss.in l.si quando. C.de testib. dicit quod per Danie. indu-
p ctum est quod examinatio p fiat secrete vt legitur in libro Da-
nie. xiij. capitulo. hoc est igitur de iure naturali,seu diuino. Ex
hoc sequitur, quod debeat publicatio fieri, alias auferretur parti
ius defensionis.Si enim non publicarentur non possent impu-
gnari testes, ⁊ eorum dicta sed auferre defensionem, repugnat
16 iuri naturali vt dictum est. Sed an † in causa post dicta testi-
ficata possint testes produci? Respondeo non:cum sit prohibi-
q tum propter timorem subornationis q ⁊ sic ex quadam natura-
li equitate que est,ne alter alteri insidietur:vt ff. de iusti. ⁊ iure.
l.vt vim.hoc est introductum. ⁊ positū inter alia ciuilia precepta.
17 ¶ Item an in hac † causa poterit petere quis vt sibi edantur
r instrumenta r? Respondeo,quod non,quia hoc non est prohi-
bitum non solum de iure ciuili, sed etiam in naturali equitate:
vt C. de edendo. l.qui accusare.vbi hoc prohibetur expresse.
18 † Item an requiratur conclusio * in causa? Respon.non,d.capi.
* sepe. dicitur.hec est enim solennitas mere ciuilis: statim enim
cum liquet iudici de causa,sine aliqua alia conclusione pōt sen-
tentiare de iure naturali,vt patet in illa sententia lata per Sa-
19 lomonem.iij.Regum capi.j.⁊ eodem exemplo puto s quod non
s sit necessaria datio termini ad allegandum. Facit quod no. in
20 precedenti glos. Item † an debeant partes citari ad audien-
dam sententiam in dicto c.sepe.dicitur quod sic,quod intellige vt
j. dicam in gloss.super verb. super dicto crimine. Item an
21 † casu cum proceditur sine figura iudicij, requirantur ille solen-
nitates, que a iure posite sunt circa sententiam? Respon. quod
t non est necesse quod feratur iudice sedente pro tribunali,vt in
c.sepe.dicitur, hec enim est solennitas ciuilis,sed debet ferri in
scriptis: vt ibidem dicitur. Certe hoc quod feratur in scriptis
est solennitas ciuilis que est de esse sententie quod sit delibera-
ta,⁊ non subita.l.ij.C.de senten.ex breuicu.recitan.ideo dicta de-
v cretalis statuit quod feratur in scriptis.In foro autem v ciuili
non arbitror illud necesse isto casu:vt patet in predicto exemplo
Salomonis, ⁊ in dicto capitu.sepe.in gloss.dicitur quod de iure
antiquo non est necesse sententiam proferri in scriptis: sed in
scriptis redigatur:vt possit probari:vt dictum est de petitione.
x nam soli assertioni iudicis non creditur,nisi sit Papa x vel Im-
peratori:vt extra de probatio.cap. quoniam contra falsam. ⁊ eo-
22 dem tit.cap.j.in Clementi. Sed si in sententiando † non serue-
y tur forma leg.j.y C de senten.⁊ interlocu.om.iudic.valeret? Et
si procurator esset presens,⁊ cōdemnaretur dominus, quia hec
solennitas est iuris ciuilis,non naturalis,seu gentium quod pa-
tet, quia licet alteri absenti quis nō posset stipulari de iure ciuili,
tamen alteri oritur obligatio naturalis:vt ff.de verb.oblig.l.sti-
pulatio ista.§.alteri.⁊ ibi no. Et idē puto si iudex ferret senten-
tiam in absentem non citatum, valeret hoc casu eadem ratione,
23 alias secus.l.furioso.ff.de re iudicata. ⁊ ibi no.in gl. Idem puto
si precedente cognitione que requiritur secundum ea que dicta
sunt,

sunt, si iudex nulla alia data sententia haberet res capi, & distrahi pro debito valeret, licet enim magis illa sit natura executionis quam condemnationis: & hic non valeret alias vt. C. de execu.
a rei iudic. l. j. tamen hoc casu valeret exemplo dicte sententie Salomonis, nulla vero fuit natura executionis. hoc etiam patet
b qui talia ante insciente manu regis, expediebantur, vt ff. de origine iuris. l. ij. &c.

ADDITIONES.

a T. D. ¶ Et figura. Vn legatus de latere, an domini temporales possint committere causas summarie, & sine figura iudicij. vi de Jaſon. nemo potest. de legat. j. & Cardina. Ederãd. in capit. passoralis. de appella. & ſ. ſelyn. in capit. que in ecclesiarum. de constitutionibus.

b ¶ In figura rei. Vide Alexan. in consil. xlv. in vi. volu.

c Cetrarca marius. Per verba sine strepitu & figura iudicij, videtur remissa omnis solemnitas iuris ciuilis, & sic remanet que sunt de iure gentium, vel naturali. Vide Bar. in l. si filius. ff. de donat. & in l. filius. ff. de milita. testamen. & Bal. in l. iudices. C. de iudi. & in l. j. thesaurus. ff. ad exhibẽ. & in l. si. in princ. C. de iure deliberand. & Joan. de Anania in consil. lv. quia dubia. & Frãcis. de Aretio in consil. xxxij. diligenter ponderatis. vide Lud. Romanum consil. xx. viso puncto.

d ¶ Sen autem ea. Vide Rochum in capit. si. de consuetudi.

e Correspondeo sic. Vide Alexãd. in l. si ſic. de legat. j. & in cõsilio xcvij. in secundo volu. incipien. visis.

B. A. ¶ Citatio. Etiam si in scriptis dicatur, procedat. vt vo
* luerit, non potest tolli citatio, vt voluit Roman. consil. cxlvij. & si papa scribat alicui, vt se informet de aliquibus causis, etsi noluerit vera esse, q talem amouear summarie, simpliciter, &c. debet citatio procedere, Calderi. consil. iij. tit. de dilat.

T. D. ¶ Quod persone. Adde Bar. in l. j. C. de edi. divi Adri. tolla. vide de veritate Jaſ. ibi apostil. ibidem Andre. Sicut in l.
f quamuis in fin. & Alexan. in l. iudices. C. de iudi. & in d. l. ij. in fi. & in consil. xcvij. in fin. viso processu.

¶ Scripta. Debet tamen petitio redigi in scriptis secundum
* glosam sequitur Alexan. in consilijs.

L. D. ¶ Denunciatio sequi, Vide Jaſ. in l. prima. C. de eden. & ponas hic.

g ¶ Aduertendũ. Not. quod sufficit in istis casibus qualisqualis
b petitio & sufficit etiam libellus, vel petitio generalis. de qua vide Alexand. in l. filio. ff. de libe. & postbum. & eundem in cõsi. lx. incepto volu. Dec. in l. edita. nume. j. C. de edẽ. cum l. qui accuſare. in fine. ad fin. Et pondera quod Bartol. hic vult quod etiã si opponeretur a parte in huiusmodi causis summarijs etiã parte opponente procedit libellus generalis, alias si pars non opponit, procedit libell' incertus, & obscurus in omnibus causis. l. fina. C. de annal. exceptio. Item, decisio. Bar. referunt. & sequũtur quam aliter hũ declarant Joan. de Ligna. Pet. de Anch. & Joan. de Imo. in clemẽt. sepe. de verbor. significa. & hoc dictũ multum commendat & sequitur Alexan. in consil. clxxxij. in ij. volu. incip. in causa lite. & in l. si ita stipulatus. ſ. Chrysogonus. ff. de verb. oblig. & sequitur Jaſ. plene in l. vinum. ff. si certum petatur, quicquid consuluerit Alexand. & male in consi. xxxij. incip. in causa executionis, qui vult quod istud dictum Barto. procedat parte non opponente, sed si pars opponeret non procederet libellus. tamen est sibi ipsi contrarius in cõsiliũ. & clement. & opi. est verus. & vide Alexand. in l. si cum nulla. ff. de re iudic. & Jaſ. in l. ff. de eden. vbi videas omnino, &c.

i ¶ Cogi. Vide Alexand. in l. moribus. ſ. primo. ff. de vulgar.

k ¶ Accusatio. Vide Felyn. in capitul. qualiter & quando. de accusa.

* ¶ Fatt. Ideo dicit Roma. consil. ccccxcvij. q vbi alias actus
l potest expediri sine citatione, si fiat citatio minus legitime, non habet vitare.

T. D. ¶ In d. c. Vide ibi gl. in verb. ob necessitatem. ſ. j.

* ¶ Testimonium. Ideo dicit Bal. consil. ccxvij. iij. lib. q stante statuto, q iudex proceda. summarie, & de facto, q die festo nõ potest quem capere.

m Theria causarum. Vide Alexãd. in l. ab executore. ſ. si. ff. de appellatio. in addit. Barto. & consi. clxxxj. in sexto volum. Adde Roman. consil. lxxiij. & ccxx.

= Dilationes. Vide Felyn. in cap. licet causas. de probationib. & hic ponas & Jaſ. in l. final. ff. de feriis. & Alexã. in consi. clxxxj. in vi. volum.

* ¶ Breues. Tũc alia debet repeti. si pars propter hoc ledatur vt voluit Roma. consi. cccxcvij. ſ. sepius allega.

* ¶ Iurare. Roma. consi. xx. voluit quod si stat utri dicẽti. quod pro
c datur summarie, simpliciter, & de plano sola facti veritate in specta, quod dictum testis valeat absque iuramẽto maxime per ea, que voluit Bar. in l. si filius. de donat. tamen pro Bar. facit quod alibi refert Fel scilicet, quod Augusti. de Ancon. in lib. de potesta. Pape. dicit quod Papa nõ potest facere, vt dictus testis valeat absque iuramento. quia illud est de iure diuino: cũ Laban iurauit Jacob.

o ¶ Concludant. Vide Alexand. in consi. ccix. in sexto vo. in fine numero. 23.

p ¶ Examinatio. Vide Felyn. in cap. veniens. de testib. & Frãcis. de Aretio. capitu. fraterni. eodem titul. & Felyn. in capitul. cum J. & A. de senten & re iudica. & dixi in additio.

q ¶ Subornationis. Vide Alex. in consil. lxxxij. in iij. vol.

r Instrumenta. Vide Jaſ. in l. j. C. de eden.

* Conclusio. Vide Roma. consilio xx. & quod voluit late in alle
ga. clxxv.

s ¶ Eodem exemplo. Adde etiam in materia quod in huiusmodi casibus, vbi non requiritur libellus, citatio cum tenore commissionis, & rescripti habet vim libelli. & ita in causis beneficialibus. vide Jaſonem in l. ex quacunque. ff. si quis in ius vocatus non ierit.

t ¶ Sedente pro tribunali. Vide Jaſ. & que ibi scripsi in l. si. de iusti. & iure.

v ¶ In foro autem. Vide Card. Alexand. in c. pastoralis. de appellatio. & Alexandr. in l. prima. ſ. sufficit. ff. de administra. tuto. post Bar.

x ¶ Papa. Vide Felyn. in ca. cum non liceat. de presscrip.

y ¶ L. j. Mo. limitationem ad l. j. C. de senten. & interlocu. omnium. iudi. & vide Lud. Roman. in singu. xx. incip. quod ler. j.

z ¶ Rem. di. Et ibi vide Alex. de hoc dicto Bar. hic plene & ponas hic. & vide Alex. in consi. xcvij. in vj. vol.

a ¶ Caleret. Alias vide Felyn. in capitu. in literis. in iij. nota. de testamen.

b ¶ Ad manu regia. Vide Anto. de Cor. in tract. de potestate regia. in lxxxviij. questio. & Felyn in ca. cum nõ liceat. de prescript. & vult dicere tex. nisi sit Papa vel rex. & Alexand. in l. patre furioso. ff. de re iudic.

l ¶ Judex qui habet procedere, prout sibi videbitur, vna via electa potest ad aliam redire.

2 Dictio, prout. quando similitudinarie. quando limitatiue, quando casualiter, & quando conditionaliter ponatur.

s **Prout.** a Possunt plures modos procedẽdi, & plures formas, & in his dedit iudici potestatem eligendi aliquam predictarum vel ordinarie procedendi, si sibi videbitur. Sed huic obstat dictum capitulum, sepe. vbi dicitur, quod iudex non potest ordinarie procedere, nisi de partium consensu. Solutionibus cum sit cognoscenda committitur, scilicet sine figura iudicij: hic vero fuit dictum, vt possit procedere hoc modo, & sic non fuit positum sub necessitate: lege non quicquid. ff. de iudicijs,
1 & C. quomodo. & quando iudex, lege prima. Sed dices tu, † ad quid ergo fuit apposita, prout illi iudici videbitur exped. re, &c. Respondeo secundum hoc potuit eligere quam viam volebat:
* sed vna electa, dubium est, an possit ad aliam postea redire *, sicut dicimus de eo, qui assumptus est vt arbitrator, vt notatur in Specul. in titulo de arbitris. ſ. sequitur. versiculo, quid si compromissum est in aliquem tanquam. & dixi ff. de fortis. l. si dominium. quod dubium hic tollitur: Potest enim ex hoc procedere modis predictis, prout sibi videbitur, hoc est de illo tempore, & illa qualitate, seu specie procedendi, qua sibi videbitur.

2 † Ad cuius intelligentiam sciendum est de significatione huius
* verbi, prout *. Quandoque enim aliquid adijcitur per hanc dictionem, prout, quod est diuersum ab eo quod primo erat, & tunc ponetur similitudinarie, vt ff. de solutionibus. l. prout quisque. Similitudo enim est circa diuersa, vt not. ff. depos. l. quod Bernu. Quandoque respicit idem, & tunc si per hanc dictionem adijcitur aliquid preteritum, & de illo constat, tunc intelligitur limitatiue, vt C. de eden. l. edita, ibi, prout edicti perpetui monet authoritas. Si vero de illo preterito non constat, tunc in dubio intelligitur poni casualiter: vt sic, concedo tibi, vt possis colligere vectigalia tante quantitatis, prout est hactenus consuetum, id est, quia sic consuetum est, vt extra de verborum significatione. capitulo, abbate sancti Syluani. licet ibi loquatur de dictione secundum, vel iuxta, sed eadem est ratio. Sic loquitur quod no. per Cyn. C. de contrab. & commit. stipula. l. secundum responsum, sed hoc in legibus, priuilegijs, & contractibus: quia illa fiunt animo aliquid disponendi. & item in sententijs
b que causa cognita, proferuntur: secus in confirmatione, &
c que fieret sine cause cognitione, & tũc intelligitur cõditionaliter, vt

extra de confirm. vtili vel inutili.c.ij.ℨ qō ibi no.ℨ extra de electione cap.quoniam Abbas. Si vero per hanc dictionem,prout, adiiciatur aliquid de futuro.ℨ tūc punitur limitatiue, d.l.edita, prout ibi dicitur vel ius reddentis decernit equitas. Nā illa licentia mutandi.ℨ emendandi limitatur secundum modū de preterito,scilicet prout edicti monet auctoritas,ℨ secundum aliud de futuro scilicet,prout ius reddētis decernit equitas. Istud respicit omne tempus futurum ℨ ista limitatio est circa tempus,ℨ qualitatē. vt no.gl.i d.l.edita.ℨ sic iudex hic omni tpe, quo vult, potest procedere cū figura iudicij.ℨ fine.ℨ sic potest eligere vnā vią.ℨ postea aliā. Item ex eo quod dixi.qō solum in tempore,ℨ qualitate fecit limitationem.ℨ sic nō in substantia dispositionis apparet quod si illa qualitas vel tempus non limitaretur nō vitiaretur dispositio. Exemplum non potest de hac lege poni:qz iudice procedente,apparet qualiter sibi videtur procedendum. Pone ergo qō Titius legauit mihi centum,prout per eum declarabitur. Certe ipso nō declarante valebit.ff.de heredib.instituen.l.ℸ.ℨ l.cum pater.ℸ.fina.de leg.ℸ.C.de insti.ℨ substi.l.pen.

ADDITIONES.

a ¶ Prout. Vide Ulerā.in consil.iij.in i.volu.visis actis.ℨ in cōsilio.ij.in ℸ.vol.incip.causa.ℨ lite vertente.ℨ Ludo. Roman.in cōsil.cccrvj.circa propositam.ℨ Felyn.in capit.g.de rescri. vbi ple.ℨ Bald.in repeti.l.edita.in lectu. Haduana. C.de edend.ℨ nota quia vidi in facto.ℨ allegat in causa domi. Joan. Fran.de Ro.contra Jacob.de Bulicombus coram reuerendissimo Domino Episcopo Cremonē.cui causa erat commissa.prout de iure,ℨ que verba,prout de iure,intelliguntur si de iure.quia in rescriptis.ponuntur conditionaliter per Felynum vbi supra.ℨ sequitur Bart. hic quando dicit de confirmatione, que fit sine cause cognitione,ℨ do. Joannes Franciscus Rusetus nescivit respōdere.ℨ vide Jaso.in d.l.edita.ℨ do.de Rota in decisione xxxiij. in antiquis.incipien.si in libello. Joā.de Imo.in l.is qui reus. ff.de publicis iudi.ℨ vide Alexand.in l.si testamentum.in princ. C.de institut.ℨ substitut. ¶ Thom. Dip. Pro concor. Aduerte quod Bartol. allegatur contrarius in hoc verbo, prout. Sed pro solutione vide concord. quam posui in l.societatem. ℸ. arbitrorum. ff. pro socio.vbi allegaui contrarium tenere eius quod hic dicit in verbo.prout.

⁂ Redire. Vide Roma.consil.cccrvij.

⁂ ¶ Verbi. Prout. Vide alexand.consil.clvij.lib.j. Angel.consi. xi Roman.cccclx.

b ¶ Ex contractibus. Vide Felyn.in capitu.ex parte. de rescrip. ¶ Thom.

c ¶ Confirmatione. Vide Franciſc.de Curte in l.scire debemus. ff.de verb.oblig.ℨ Alexand.in consil.lxxxi.in sexto volu. Tho.

Iurisdictioni Paret. Id est iudici.

1 ¶ Verbum videbitur,importat arbitrium boni viri.
2 Libera voluntas,ℨ arbitrium boni viri differunt.
¶ Voluntas coacta,voluntas est.
3 Verbum volo,importat liberam voluntatem,verbum libet,ite3 verbum plenum seu liberum arbitrium.
4 Verbum iudicio tuo importat arbitrium boni viri.
5 Facultate contrahendi commissa per verba importantia arbitrium boni viri, tunc arbitratur suo arbitrio regulato ratione, prout bonus vir.
6 Contrahendi qui habet facultatem per verba significantia liberam,voluntatem.omnia potest preter quod donare non potest, ℨ dolus debet abesse.
7 Facultas largiendi data per verba significantia arbitrium boni viri.quid importet.ℨ quid quando datur per verba liberā voluntatem denotantia.
8 Facultate data iudicandi,per verba denotantia arbitrium boni viri tunc debet seruare regulas iuris ciuilis.
9 Causa commissa sine figura iudicij intelligitur,ac si commissa foret per verba liberum voluntatem denotantia.
10 Potestas habens liberum arbitrium non potest facere iniustitiam parti sed solennitatem iuris ciuilis omittere potest.
11 Clausula,arbitratus fuerit,ℨ voluerit importat arbitrium boni viri.
12 Statutum dicens quod de facto procedatur intelligitur manu regia ℨ solennitates iuris ciuilis tolluntur.
13 Iudex procedens sine figura iudicij nō potest reiicere exceptionem prescriptionis.

a b **Videbitur** [a] Hoc verbum.videbitur, denotat arbitrium[b] boni viri.ff.de verborum obligationib.l.continuus.ℸ.cum ita.ℨ de fideicommiss.liber.l. fideicōmissaria libertas. Et ita potest quilibet dictorum modorum esse

c iustus,ℨ approbatus ℨ potest iudex eligere quem modum vult. Puto etia hoc casu quod si hec constitutio diceret,prout iudex voluerit, quod nec plus nec minus posset. Et pro hac declara-
2 tione videamus differentiā inter liberam voluntatem ℨ arbitrium boni viri cum etiam voluntatē inducat.ℨ quidem de esse voluntatis est,quod sit libera, nec possit cogi necessitate precisa,vt C.de bered.instit.l.cum proponas. Sed cogitur quadam necessitate cōsequentie. vt si quis vult fugere tormēta, hoc vult libere,ℨ pōt nolle,sed si hoc voluerit in consequentiā vult illud, sine quo tormenta effugere non potest,ℨ ista est necessitas consequentie. Nam dicitur vere coacta voluntas,voluntas est,vt si, quod metus causa.l.si mulier.ℸ.quod si metu. Tolūtas enim est quod libere vult antecedens, ℨ ex ista deducitur ad volendum consequens. Item sciendum est,quod secundum Theologos ℨ Philosophos quod voluntas nunquam appetit nisi boni existens vel apparens.ℨ licet quandoque velit aliquid quod agnoscit esse malum illud vult sub ratione alicuius boni delectabilis apparentis ipsi voluntati. In proposito voluntas alicuius potest considerari respectu eius quod ipse vult tanquā delectabile ratione regulata, vel non,ℨ illa dicitur voluntas libera, alio modo prout ipse vult recta, ℨ regulata ratione, ℨ illud dicitur arbitriū boni viri,qz bonus vir hoc arbitraretur.vt ff.iudic.lo.
3 l.vir bonus,ℨ ff.pro socio.l.societatem.ℸ.arbitrorū.ℨ verba hoc important liberam voluntatem sicut verbum volo.vt lege.cum quidam,de legatis secundo, ℨ d.l. fideicommissaria libertas. de
d fideicommissa.libert. Item verbum libet,[d] seu libuerit.ibi. idem enim est dicere quod libuerit.id est,quod libere voluerit. Item vbicunque verbum arbitrium.ℨ similia ponuntur cum hac dictione plenum,siue liberum.lege.fideicommissa.ℸ.quanquam.ℨ
4 leg.ℨ.tertio. † Item hoc verbum, iudicio tuo, [e] importat libe-
e ram voluntatem.vt ff.de fideicommissarijs libertat.l. Thais.ℸ. Lucius Titius ita testamento,secundum glo.ibi positam,sed licet alias transierim secundū illam glossam.videtur mihi tamē quod directo textus ibi dicat contrarium, scilicet, quod im-
✳ portet arbitrium boni viri, [*] quod plus placet. Quid enim est dicere, iudicio tuo, nisi facta disputatione intra tempus primo, postea iudices quod ad boni viri arbitrium sine dubio referur. Concludo igitur quod exceptis predictis omnia important arbitrium boni viri,vt videbitur approbauerit,comprobauerit ℨ
f similia, d.l. fideicomm.vel placebit.[f] d.l. Thais.ℸ.sozon.ℨ similia aliaque ponuntur,vt ff.de legat.i.l. si sic. que hic non repeto, quia dico esse regulam de omnibus exceptis predictis.vt dictū est. Nec obstat ff.de fideicommiss.l. Brece.in princip. vbi equi-
5 parat verbum volo[s], ℨ verbum cupio, ℨ similia, quia vt dixi vtrunque continet voluntatem, sed vnum liberam.ℨ aliud regulatam, vt ex predictis colligitur. Verbi gratia quandoque committitur facultas contrahendi.quandoque facultas largiendi ex causa lucrativa, quandoque facultas iudicandi. Primo
5 casu[†] quando committitur facultas [a] contrahendi per verba
b significantia arbitrium boni viri circa contractum.tunc sine vlla dubio debet arbitrari arbitrio suo regulato ratione, prout bonus vir,ℨ diligens paterfamilias! facturus fuisset, l.hec venditio. ff. de contrahen.emptio ff.pro socio.l. societatem.ℸ. arbitrorum.
6 ff.de oper.liber.l. si libertus. Sed si hec facultas concedatur per verba significantia liberam voluntatem.tunc omnia vel duobus exceptis. Primo quod non donet, hoc enim non venit in concessione voluntatis libere.l.filius.ℸ.primo.ff.de donat.
i Secundo quod dolus absit,ℨ omnia alia que dolo carentia re potest, vt ff.mand.l.creditor.ℸ. Lucius. hoc enim non repugnat regulis iuris gentium, secundum quas licet contrahentibus se decipere.vt ff.de minor.l.in causa.ℸ.idē Pōponius. nam de videas quod quantumcunque committatur in voluntatem liberam, intelligitur voluntas libera a regulis iuris ciuilis, ita semper remanet limitata regulis iuris gentium, vt etiam in
7 quen.not.Secundo casu principali [†] videlicet quando committitur facultas largiendi ex causa lucrativa,tunc si per verba significantia arbitrium boni viri debet eligere vt bonus vir.l.cum quidam ff.de legat.ℸ.ℨ de lega.j.l.ſi fic.primo respons.ℨ d.leg.ij.ibi.demissa.ℸ.quanquam.ℨ de fideicommissa.libertat.l fideicommissaria libertas. Si vero per verba significātia libere volitatis non potest facere omnia contra regulas iuris ciuilis. seruatis regulis iuris gentium vt ff.de testamen.milit.l.i.vbi permittitur stari militi quo modo vult.ℨ per hoc potest relinquere deposito cuius status nullus est de iure ciuili. non autem damnare mettallū.qui seruus pene.vel seruo proprio,cum seruitus sit constituta a iure gentium.vt l.neque eius.ℸ.si depositarius.ℸ.seruus
k pene.ℨ ℸ.seruum proprium. k ff.de testamen. milita.ℨ hoc vult dicere.l.cum quidam. ff. de legatis primo.nam el qui est ingratus propter offensam,non donatur. sed donatum revocatur l.fina.C.de reuocand.do ideo bonus vir hoc est iudex secundū

regulas

regulas iuris ciuilis nō arbitraretur ei largiendū, sed ſm naturalem equitatē declaratam per ius diuinum maioris perfectionis est retribuere ei, qui offendit, quam alteri: unde ille, in cuius libera voluntate committitur, potest eligere indignum. Certio casu principali, scilicet, quando committitur facultas iudicandi, si quidem per verba importantia arbitrium boni viri, debet sequi omnes regulas iuris ciuilis, l. prima. ff. de arbit. Si verō per verba significantia liberam voluntatem, tunc est liber a regulis ciuilibus, debet tamen seruare regulas iuris gentium, seu naturalis equitatis, quod idem est per dicta iura, & est casus extra de re iudic. capitu. pastoralis. in clemen. nam Imperator solutus est legibus, & ex vigore suę potestatis tulit sententiam, tamen quia in quibusdam fecit ibi contra naturalem equitatem, ideo sententia cassatur. Et ex hoc apparet quod in casu nostre legis, vbi proceditur absque figura iudicij, quia non committitur iudici per verba significantia arbitrium boni viri, debet seruare regulas iuris gentium, seu naturalem equitatem cum verbum sine figura, importat quasi committatur per verba significantia liberam voluntatem. Et per hoc apparet, soluta quęstio, quādo potestati datur arbitrium liberū, an possit per hoc parti facere iniustitiam: Certe non, quia hoc est contra naturalem equitatem, sed potest omittere solennitatem iuris ciuilis. de hoc per glo. in d. c. sepe in gl. super verbo, defensiones. dixi ff. de donatio. l. filiusfamilias. Sed quid si apponūtur verba significantia vtriusq; vt prout arbitratus fuerit, & voluerit: Respon. vt ſ. dixi, q; vnum predictorum ineſt alteri: quia nō est arbitriū sine voluntate, & regula est quando ponuntur duo copulatiue quorum vnum de necessitate alteri ineſt, vnum resoluitur in ad lectum, vt ff. de pact. l. j. ibi, in idem placitum, & consensus, id est placitus consensus in proposito exponatur. i. voluntate arbitratus sit & sic arbitrium boni viri importabit. Facit ff. pro socio lege nec adiecit etiam alias nisi sit dictum, vt libere, vt dictum est. Quid si dicatur in statuto, quōd in tali negotio procedatur de facto: Certe intelligo eodem modo, scilicet manu regia, vt l. ij. in princ. ff. de orig. iur. cum sit omissa omnis solēnitas ciuilis non autem quod iura alterius vllo modo tollentur, nec ledantur contra naturalem equitatem. idem. per quecunq; verba concipiantur. non enim quis potest esse solutus magis legibus quam Imperator, & tamen sua liberas ad hoc non extendit ergo &c. & Quero an dictis casibus iudex possit reūcere exceptionem prescriptionis, vel aliam precedētem ex mero rigore iuris ciuilis: Respond. in his que ipse iudex habet facere, non tenetur sequi regulas iuris ciuilis. sed in his que iam ante facta sunt, ita quod ex hoc ius alteri quesitum sit, vel ablatū iudex nō habet immutare, sed tenetur illud sequi. casus est ff. depo. l. bona fides. alias etiam auferre esset ius alterius, quod est contra naturalem equitatem.

ADDITIONES.

a T. D. C Videtur. Vide Deci. in l. si pascenda pecora. versi. secundo nota. C. de pactis.

b C Arbitrium. Vide Bal. in c. j. §. si inter pares. & ibi de istis verbis, si tibi videbitur, si extraneus arbitratus fuerit, si tibi placebit, q; important arbitrium boni viri, & non libertatem proprią. Vide Aleran. in l. filiussa. ff. de dona. in addi. ad Bar. in versi. extra glo. & in consi. lxv. in j. volumi. habita super predictis. Iud. Roma. in consil. xx. visō pūcto. in prin. & vide Lanfran. in tract. de arb. in j. parte. & post Alexand. in l. pretoris. in versic. idē imp. ff. de his qui notan. infam. & Aleran. in consi. clxxv. in vj. vol. incip. contingit dubium. nume. 4. & 10. in cōsil. lxv. in vj. vol. & in consil. clxij. nu. 3. eodem volu.

c C Eligere. Vide Abba. in capitu. penul. de cleri. non resi.

d C Tibi vel libuerit. Vide Matthe. in nota. xvj. & Aleran. in l. si fr. ff. de legat. & ibi vide addi.

e C Tuo. Not quod Bar. vult hic quod verbū iudicio tuo, signi ficet arbitrium boni viri, contrarium voluit idem Bar. in l. si sic in prin. ff. de legat. j. quam contrarietatem ponit in l. captatorias. ff. de heredi. instituen. & Bet. Cor. in l. captatorias. C. de testā. m. & Mat. in not. xvj. licet Corn. non alleg. & vide Alexand. in d. l. si sic in j. colum.

* C Boni viri. De verb. discrete & iudicio tuo, vide Aler. cōsilio xxxij. lib. i. Et de verb. videt. per eundē cōsi. xij. lib. iij. De verb. videbitur. & placebit. per Roman. consi. ccxxviij. Abba. consilio xlv. lib. ij. Roman. consi. lv. Et si dicatur, conscientie tue. Roma. consil. ccccl viij. Petr. de Anchar. consilio cccxlviij. Roma. consilio cclx. Et si dicatur, de facto. Bart. consilio. lxxxij. Et quid si dicatur, vt ibi visum fuerit, vide glo. in capit. ij. in verb. visum. extra de corp. vit. Imo. in capit. canonum statuta. extra de constituit. Et si, secundum imperium tuū, vide xxv. quest. ix. de gradibus. Et si secundum prudentiam tuam, Imo. in cap. ne innita tis. de constitu. Et si, secundum mētem tuā. Bal. in l. voluntas. C. de fideicōmi. Et si, de iure & de facto, Imo. in c. quintauallis. de iureiuran. Bart in l. solam. C. de testibus. Et si, iustitiam facias, Ang. in auth. de here. & Falcid. §. exheredatos. Hemmia. in c. quoniam. de immunit. eccle. lib. vj. Bet. de Anch. & Imo. in clem. auditor. de rescrip. Et si relecta iuris solēnitate, Bal. in l. si mancipium. §. si communi. ff. de euict. Et si, videas quid iuris Aler. de Imo. in l. si fundum sub cōditione. §. Stichus. de leg. j. Et si, sola facti veritate inspecta, Roma. consi. xx. & cccxix. Do. de Rot. decis. xcvj. in nouis. ō verb. signific. Et si, summarie simpliciter, &c. omni solennitate iuris & statuti omissa, Ang. cōs. cxxxix.

f Tb. D. C Placebit. Vide Matt. in not. xvj.

g C Volo hoc verbum vtrum importat liberam voluntatem. vide Aler. plene in l. alio. in addi. Bart. ff. de alimen. & cib. lega. in addi. mag.

b C Facultas. Not. quod quando commissio fit alicui per verba importantia arbitrium boni viri debent partes necessario citari. Ita est de mente Bart. hic, & supra, in versic. sine figura iudicij. adde Bal. in l. captatorias. iniū. quest. C. de testamē. milit. & vide Jas. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. vbi infert ad pulchram questionem.

i C Absit. Not. quod vbi est commissum quid sub libera voluntate, non venit dolus. vide plene per Aler. plures concor. in consi. cij. incip. super primo. in iij. col. in ij. vo. & vide Lanfranc. in tracta. de arbi. in j. parte.

k C Proprium. Vide Bart. & que ibi scripsi in addi. in l. si fit. de leg. j. cum concordan. etiam de quibus per Aler. ibi.

l C In cuius libera. Vide apost. in l. societatem. §. arbitrorum. in prin. ff. pro so. vbi videntur cōtraria Bar hic addita per ipsum, attamen videas ibi. & concor.

m C Importantia arbitrium. Habens authoritatem per verba importantia arbitrium boni viri, debet sequi, &c. Vide Bar. hic & etiam. ē. in versicu. sine figura. & Aler. in consi. ccxviij. ij. volum. & quid de habente arbitrium in condemnādo, & an habeat arbitrium in procedendo. vide Barto. in l. si in l. & ibi apostillam. ff. loc. & Aler. in l. qui Rome. §. Callimachus. ff. de verborum o bligatio. An autem possit prorogare punitionem, vide Alerā. ibi

n C Questio. Vide Aleran. d. in l. ij. §. voluntatem. ff. soluto matrimonio.

o C Arbitratus. Vide Francisc. de Areti. in consilio. xxxiij.

p C L. j. Vide ibi Jaso.

q C Statuto. Vide Aler. in l. fin. §. pe. C. de his qui ad eccle. cōfu in addi. Bart. & Franc. de Are. in consi. lxxxiij. incip. diligenter ponderatis. & Bar. in consi. lxxxij. punctus. & ibi scripsi.

r C Quero, an. Nota, quod per quācunque clausulam apposi tam in commissione, iudex potest auferre exceptionem acquisitam parti, etiam de rigore iuris inductam, quam decisionem Bartoli hic exclamat Matth. in notabili. xv. incipiente. Pro. & quod si iudex, & vide Felyn. in capitu. de constitu. & plene per eūdem in rubric. extra. de prescrip. vbi tenet, quod arbiter iud. casturus secundum equitatem non debet reūcere exceptionem prescriptionis, contra Ang. cum concor. de quibus ibi per eum. & vide Joan. de Imol. in clement. sepe. in fin. de verbo. signific. Georgi. Nat. in d. clement. sepe. §. non sic tamen. & in seq. vbi plene. & dixi ē in consi. clxxij. vbi etiam per Barto. & vide Aleran. in l. sequitur. §. si viam. in addit. Bartol. ff. de vsucapio. & in l. si is cui. §. fi. in additio Bar. ff. de noua.

* C Prescriptionis. Adde Videndum Roma. consi. cxlix. vbi ponit, qualiter procedat hoc dictum, & eundem in rub. de arbit. quē etiam refert, & sequitur Georgius Nat. in cle. sepe. §. non sic tamē de verb. signific. & vide Felyn. in c. ij. de offic. deleg. in princip.

Ad hoc. Vel iuxta hoc, id est, secundū hoc, vt C. de iudi. authenti. ad hec. & hic incipit tertia pars, in qua ponitur statutum speciale in modo procedendi contra contumaces.

1 ☞ Dictio, communitas, est generalis ad vniuersitate m castri, vel ville cuiuslibet municipij.

1 **Communitas.** † Romē generale est ad vniuersitatē castri vel ville cuiuslibet municipij, quod ab ipsa hominum cōmunitate principaliter regitur, sic & C. de epis. & cleri. aut. item nulla cōmunitas, & in extra ua. Friderichi, de sta. contra lib. eccle. §. itē quecūque cōmunitas.

1 ☞ Dictio, corpus. est generalis ad omnes simul habitantes, vel non.

2 Collegium est, quando simul cohabitant, & colliguntur simul.

3 Vniuersitas potest delinquere, & contra eam potest procedi.

1' **Corpus.** Generale & nomē est ad omnes simul cohabi-

* tantes, vel non. & q; sequitur, collegium. est,

2 † quando simul cohabitant, & simul colliguntur. ff. quod cuiusque

* vniuer. l. j. in princi. & est casus expressus hic, quod vniuersitas

poteſt delinquere. ⁊ contra eam poteſt procedi ⁊ punitur, licet quidam contra, vt plene dixi in l. aut facta. §. fin. de pen.

ADDITIONES.

✳ ¶ Collegium. Quid ſit colegium, ⁊ ex quibus conſtet, vide L. Roman. conſil. cccxxvi.

✳ ¶ In primi. Qualiter vniuerſitas poſſit delinquere, vide Angel. conſil. clxv. ⁊ qualiter debeat citari per eũdem conſil. cxcvi. Vnum ſemper not. q̃ illud quod dicitur, q̃ vniuerſitas non delinquit, niſi cõmunicato conſilio q̃ illud habet locum in caſu mõmẽtaneo, ſecus in ſucceſſiuo, vt voluit Pet. de Anch. cõſi. clvi.

Status. Siue liber, ſiue ſeruus, ſiue ingenuus, ſiue libertinus, vt ff. de ſtatu homi. l. iij. cũ l. ſeq. Itẽ ſiue ſint integri ſtatus, ſiue diminuti, vt ff. de varijs, ⁊ extraordinarijs cognitio. l. cognitionum. §. i. viles ergo homines hac lege tenẽtur, licet alias non curetur ſi de imperatore ſolo verbo maledixerint, vt C. ſi quis Imperatori maled. l. i. ⁊c.

Dignitatis. Per hoc patet quod in hoc crimine ceſſat priuilegium conceſſum eis, qui habent dignitatem cum adminiſtratione. vt, ea durante, nemo ✳ conuenitur, * vt ff. de iudi. l. pars literarum, ⁊ quod ibi no. ceſſat etiam priuilegium conceſſum quibuſdam in dignitate exiſtentibus, vt C. vbi ſenā. vel clar. l. fi. prout ibi tangitur, de modo procedendi, ⁊ ſententiandi: priuilegium tamen iudicis remanet, quia (vt dixi) hic ſunt legitimande perſone.

ADDITIO.

✳ ¶ Conueniatur. Poteſt etiam officialis conueniri pro eo, q̃ deliquit, durante officio ſecundum Rom. conſil. xlv.

1 ☞ Laicus non poteſt contra clericum procedere in crimine leſe maieſtatis niſi ratione feudi.

2 Imperator Henricus facit priuari quoſdam epiſcopos feudis propter rebellionem.

Conditionis. Maſculus, vel femina minor, vel maior tamẽ tali etate, quod in eũ cadat delictum, ſui iuris, vel alterius, vt ff. de excep. doli. l. i. in
1 princ. cõiuncto §. plane. † Item laicus ſiue clericus ex vi verborum, tamen contra clericum non poteſt procedere laicus, niſi ra
✳ tione feudi, * vt extra de fõr. competẽ. c. verum. ⁊ C. de epiſcop.
2 ⁊ cle. authen. ſtatuimus. ⁊ iſte † Imperator Henricus quoſdam Epiſcopos propter rebellionem ſuis feudis priuari fecit.

ADDITIO.

✳ ¶ Feudi. Adde Oldrad. conſil. xlv.

1 ☞ Citatio quando ſit in criminalibus, neceſſario nõ requiritur quod exprimatur factum limitatum loco, ⁊ tempore.

2 Reus, qui comparuit tempore prime citationis, ſpecialiter citari debet ad audiendum ſententiam.

3 Citatio generalis peremptoria ad hoc vt ad vlteriora procedi poſſit, requiritur quando proceditur ſine figura iudicij, licet terminus peremptorius non.

4 Citatio ad audiendum ſententiam debet eſſe peremptoria.

5 Citationes que fiunt in medio iudicij, puta ad audiendum iura re teſtes, ſemper dicantur peremptorie.

6 Dilationes, que dantur ad probandum, intelliguntur peremptorie.

7 Extrauag. ad exprimendum loquitur etiam ex parte accuſatoris ſi citetur.

a **Super dicto crimine.** [a] Citata vel citatus, per nuncij,
1 vt eſt infra. vide ergo q̃ in hoc caſu nõ ſit neceſſe in citatione
b primi factum limitatum loco, ⁊ tempore, ſed ſufficit quod citetur quid ſuper crimine leſe maieſtatis, vt hic aperte dicitur. Sz quid vbi alias ſuper dicto crimine debet p̃cedi ordinarie? Reſpondeo idẽ, vt C. de exhibẽ. re. l. i. in fi. vbi dicitur q̃ poſtquaz citatus venit ad iudiciũ debet explorare id eſt, dicere quare fuit vocatus, ⁊ ſic patet quod in citatorio hoc non fuit expreſſum. q̃ in criminalibus debẽt fieri citationes ſicut in ciuilibus. ff. de penis. l. abſentem. ⁊ ibi notat. ⁊ ff. de regulis iuris. l. i. ⁊ ibi nota. Sz in ciuilibus debet citari reus vt veniat, ⁊ ſui preſentiã faciat, vt notatur. C. quomodo. ⁊ quando iudex. l. conſentaneũ. ⁊ no. in authenti. qui ſemel. eodem titu. in glo. ſuper verbo, tribus edictis, que incip. vocetur, vt veniat ad cauſam, contrarium no extra de dilat. c. ij. per Bernar. in glo. in verb. plene potuit inſtrui. ⁊ alleg. at. v. queſt. §. c. ſi primates. Sed ibi ſpeciale eſt cũ ad ſynodum vocatur Epiſcopus fauore dignitatis Epiſcopalis. Sunt ⁊ alia multa que fauore hominum qui in dignitatibus ſunt, ſtatuũtur, vt C. vbi ſen. vel cla. per totum. Sed in caſu preſentis cõſtitutionis ceſſaret dictus fauor pro eo, quod dictum eſt ſupra, cuiuſcũque dignitatis, ⁊c. Sed contra in d. c. ſepe. de verborũ ſignificatio. quia quando fertur ſentẽtia debet citari ad hoc. ⁊ ſic videtur quod in citatione debet inſeri ad quid ſpecialiter citetur etiã cũ
fine figura iudicij proceditur, ⁊ hic dicitur quod vigore huius ci
tationis generaliter facte quod veniat reſponſurus ſuper crimi
ne tali, poſſit ad ſentẽtiam procedi. Sol. ſi citatus in prima cita
2 tione non comparet valet, quod hic dicitur: † ſed comparuit, ſi
ſtetit ad proceſſum vſque ad finem. ſi tempore ſententie non ad
eſt debet citari ſpecialiter ad hoc vt ibi fit. ſi enim prime cita
✳ tioni veniendo ſatisfacit ſi poſtea ſe abſentat citari iterũ * Debet
C. de bonis author. iudic. poſſ. authent. ⁊ qui iurat. Sed tũc vi
debeat citari, vel ad domũ ſue habitationis. que forte eſt in pro
nuncia, vel in curia: dicam infra, in gl. ſuper verbo. edictum, ⁊ ci
3 † aduertendum quod licet hoc caſu quando ſine figura iudi
c proceditur, terminus peremptorius non ſit neceſſarius, vt di
cam in gloſſ. ſuper verbo. in termino. tamen vbi quis citetur in
citatione generali ad hoc vt eius vigore poſſit procedi ad vl
✳ teriora, requiritur q̃ fiat citatio peremptoria * vel tres que ha
bent vim peremptorie vt d. l. conſentaneũ. ⁊ hic ſine fatali
4 teſta. ſiue poſt, vt ibi nota. † Item dicta citatio ſpecialis ad
✳ tentiam audiendum ſimiliter debet eſſe peremptoria. * l. ad
5 emptorium. ff. de iudi. alie † vero citationes, que fiũt in medio
certum actum, vt ad videndum iurare teſtes, ⁊ ſimilia ſemper
d telliguntur peremptorie. [d] vt extra de except. capit. paſtoralis
⁊ ibi de hoc per Joann. Andream. facit C. qui [d] accuſare nõ po
ſunt. l. ſi ea. ⁊ vbi terminus ille intelligitur peremptorius. quod
6 patet, quia vlterius non auditur. Dilationes † vero que da
tur ad probandum intelliguntur peremptorie, cum non detur plures quam vna, niſi cauſa cognita, vt ff. de feriis. l. fina.

7 ¶ † Et ẽ ex eo quod dicitur ſimpliciter ſuper dicto crimine, pa
tet quod loquitur hec cõſtitutio etiam ex parte accuſatoris ſi
tetur quod veniat ad producendum, vel ſi inquiratur de impo
nendo penam talionis. Iſta enim ſunt de tangentibus iſtud cri
men, ergo ⁊c. vt patet in tertu.

ADDITIONES.

a Tho. Dip. ¶ Super dicto crimine. Vide Alexand. in l. j. in fine. ff. de legat. ij.

b ¶ Exprimi. Vide Aler. in l. ſtatu liberos. § Stichus annua. ff. de ſtatuliber. in addi. ad Bar. ⁊ in l. inter accuſatorem. in verſi. quero vtrum. ff. de public. iudi. ⁊ eundem Alexand. in l. filiusfamilias. §. diuus. ff. de leg. j. Adde Roman. conſil. cccl. xir.

✳ ¶ Iterum. Adde Paul. de Caſt. in conſil. cclxxij.

c ¶ Auertendum Vide Fely. in c. licet cauſam. de prõbat. Jo. in l. fin. ff. de fer.

✳ ¶ Peremptoria. Vide Oldra. conſilio ij.

d ¶ Intelliguntur peremptorie. Vide Felyn. in capit. ad petitionem. de accu.

1 ☞ Nuncius conſtituitur a iudice.

2 Infamis ⁊ vilis poteſt hodie eſſe nuncius.

3 Nuncius de iure ciuili debet eligi perſona dives ⁊ honeſta

4 Nuncius iurat ſe facturum officium legaliter.

5 Nuncius ſi eligi debet a conſilio tunc cõſtare debet de eius ele
ctione, non ſi a iudicibus eligitur.

6 Nuncius non citat ſine commiſſione.

7 Nuncio citandi in prouincia citatus credere debet, ſecus ſi extra prouinciam.

8 Nuncio delegati citanti non creditur ſine literis.

9 Arbiter ⁊ iudex inferior vtuntur nuncio ſuperioris.

10 Nuncio referenti ſe citaſſe, ⁊ in dependentibus ab eius fi
creditur.

a **Per nuncium.** † Nuncij cõſtituit ipſe iudex, vt C. de ſpo. l. ij. ⁊ ibi no.
1 in authentic. de iudic. §. neceſſitatem. ⁊ puto q̃ poſſet conſtitui
etiam infamis. licet ſit officium publicum. Nam viliſſimus perſonis congruit ſecundum mores noſtros, ergo ab hoc infamia non repellit, vt C. de infami. l. j lib. x. ¶ Pro hoc. l. nec infames.
2 de decur. lib. x. ſed ſecundum leges deberent † eligi perſone dis
b tes, ⁊ [b] approbate, vt in authen. de iudi. §. bis, qui cauſas. vers.
hoc autem. † facit quia infamis poteſt eſſe procurator. Inſtit. de
except. §. fin. ⁊ arbiter, vt ff. de arb. l. ij. ¶ edius. ⁊ ff. de poſtul.
3 l. j. §. ſed eſt equiſſimum. † ⁊ ſi diceres, quomodo credetur ei qui
4 infamis nõ poſſit eſſe teſtis: ſtatim dicam. † Item debet iurare
ſe facturum officium legaliter, argumen. C. de fide inſtru. com
parationes. ⁊ C. de ſecun. nup. l. hac edictali. § his illud. ⁊ arg.
in authen. iuſiurandum quod preſtatur ab his. §. j. ꝓ uto ei
non iuret poſſe eum exercere officij. C. de arb. authen. decer
mus. Eligitur enim periculo iudicis eligentis, vt dic. authen.
5 de iudi. § hos autem omnino. ⁊ ideo dicitur, † quod ii non ap
ret quod aliquis ſit electus nuncius, quod non eſt curandum
c cum ſtatim eo quod fibi fit commiſſio de citando mipſa cõmi
ſione eligitur. Sed ſi ex lege municipali electio nũciorum debe
ret fieri a conſilio ⁊ non a iudicibus, tunc debet conſtare de ea,
vel ſufficeret quod eſſet in poſſeſſione exercendi illud officium.

Barbatia

6 Barbarius.ff.de offic.ptor.ꝛ C.de testamẽt.l.i.nec põt†nũcius aliquem citare nisi fiat ei commissio.vt C.de exhib.re.l.neminẽ. Sed an citatus debeat credere eum esse nuncium: ℟espõd.vt dicitur in authen.de col.§.eos autẽ. quod actores qui mittũtur in prouinciã antequam inchoent officium debent suas literas insinuare iudici prouincie.ex quo colligitur, q̃ ex eo, q̃ in curia ipsius iudicis apparet q̃ talis est nuncius qõ possint citari per eum omnes subditi sui in eius territorio, ꝛ in eadem prouincia, nec eis aliter fides fieri debet.ꝛsic debet credere licet in multis partibus obseruetur quod tales nunciꝫ habẽt aliqua signa, qui bus cognoscantur,in quo consuetudo loci est obseruanda.Si tñ esset extra prouinciam non esset credendum ei sine literis, vt d.§.eos autem.Facit C.de mand.princi.l.i.ꝛ hoc in iudicibus or
8 dinarijs.Sed nuncio† delegatorum videtur non credendum si ne literis vt extra de offic.deleg.c.prudentiam.Facit quod no.
9 in tit.de cita.§.i.per spec.Sed an arbiter iudex inferior potet vti nuncijs superiorum? ℟espond.sic,in authen.de defen.ci ui §.deinde eos.ibi,ex prouinciali autẽ officio,ꝛc. Sed an eidẽ ✻nuncio referenti† debeat iudex credere cum sit vnus? [a] Quí
10 dam dicunt quod non,iuri iurandi.C.de testi.Contrarium est d verum vt hic cum in singulari dicat nuncium.Facit C.de episco. ꝛ cleri.l.omnes.§.verum si apparitorum.ꝛ creditur eis in his quæ sibi commissa sunt,ꝛ ex eorum officio dependent, vt se citasse e similia.Facit C.de fal.l.si quis decurio.Similiter quia etiam seruus de facto proprio interrogatur.l.interrogari C.de quest. multo magis infamis.Si vero ei committeretur aliquid.ꝛ refert quod alios fecisse vidisset, tunc in modicis creditur sibi: in ma gnis nõ etenus vt iudex possit procedere.vt ff de reb.eo.l.ma gis puto.§.ne tamen.ꝛ C.de accusa.l.ea quidẽ.Facit ff.de custo. reo.l.diuus.ꝛ quod dixi in glos.super versi.denunciationem.ꝛc.

ADDITIONES.

a T.D.Cper nuncium.Vide Cardi.Alexan.in c.cum parati. de appellatio.ꝛ apostil.Alex.in.in l.eum qui.§.i.ff.cõmoda.

b CPersone diuites. Vide Felin.in c.prudentiam. in fine prin. ff.de offic.deleg.

c CCum statim.Vide Paul.de Castr.in l.insule.post princip.ff. de iudic.

✻ CNuncio.An sit nuncio credendum.Vide Paul. de Cast.con silio ccxvv.Roman.consi.xcv.vbi an presumatur, q̃ commissio processerit,ꝛ q̃ omnia solenniter gesta sint.

d CCredere cum sit vnus.Vide Jas.in l.properandum.§.ꝛ si qui dẽ.C.de re.iudi.ꝛ Alexand.in l.i.§.cura carnis.ff.de officio,præ fect.vrb.

e CSimiliter quia.Vide Jas.ꝛ ponas hic in l.ũ.§.si absens.ff.si ex noxal.causa.

1 ℣Sigillo proprio vel publico creditur in citationibus.
2 Citatio potest signari sigillo alieno,si de hoc mentio fiat in ipsa citatione.
Citatio licet fiat per literas nuncius debet tamen eas portare.
3 Creditur nuncio asserenti se portasse literas citationis,etiam si pars neget.
4 Actor potest portare literas citatorias dummodo præsentet co ram testibus,ꝛ notario.

1 ✻Per literas †Sigillatas ✻ figillo proprio.vel pu blico,vt in l.si publicanus.§.i.de pu blicanis.C.de episcop.ꝛ cleric.l.si qua per calumniã,ꝛ ibi not.ꝛ extra de probat.cap.post cessionem.℣Potest etiam sigillare alie
a no,dummodo fiat de hoc mẽtionem.ff.de testam.l.ad testim.§.de hoc in Spe.de cita.§.nam de citatione.versic.lite ras igitur citationis. Puto tutius esse,quod tales litere publi
2 centur manu notarij.ꝛ ita multi obseruant, licet autem† fiant li tere,tamen est necessarius nuncius qui portet.Sed in hoc dif fert,quia quando solus nuncius mittitur, debet talis esse quod citatus debeat credere ipsum esse nuncium,vt in precedenti gl. hic autẽ satis est vt credat vel credere debeat literas esse talis
3 iudicis.Sed dices,†quid si negare voluerit literas sibi fuisse portatas? ℟espondeo,iudex stabit in hoc relationi sui nuncij, ideo enim se citatum cognoscit a iudice per literas. An autem fuerit nuncius, ipsius iudicis est cognitio.ꝛ portare ipsas lite est signum euidens, quod sit nuncius, argument.ff. de legat. j.l.rum filij.§.eum qui chirographum.C. de donat.l.prima.
4 ℣Sed an actor ipse poterit portare literas citatorias. Vide tur expressum quod sic.ff.de furt.lege, eum qui. §. si epistola. verbiculo,sed et si[interfuit. vbi quis pro se portat epistolam. Sed si pars negaret eam sibi præsentatam fuisse, esset graue: q̃ sibi actori crederetur nisi forte literarum præsentationem proba ret per alios.ꝛ ideo si præsentaret coram testibus,ꝛ notario qui inde conficeret instrumentum,putarem sufficere,ꝛc.

ADDITIONES.

✻ CSigillatas.Adde Anto.consi.ũ.ꝛ Old.cõsi.clxxviij.vbi an per literas episcopi sigillatas,probetur excommunicatio.An autem præsidibus,vel legatis de latere credendum sit absque li teris.vide Rom.consi.liv.Abb.consi.xvij.

a T.D.CFacit de hoc mentionem. Vide per Cardi. Alex.c.cũ parati.de appella.ꝛ apost.Alexã.in l.eum qui.§.fin.in fi.ff.com moda.

b CSed an actor.Vide Alex.in l.iuste possidet.ff.de acquir.pos. ꝛ ibi scripsi.

1 ✻Citatio per edictum competit ordinarijs,ꝛ delegatis a prin cipe.
2 Citatio per edictum iure canonico quibus casibus fieri possit.
Citatio per edictum non fit quando quis citare potest per nun cium,vel per literas.
3 Nuncius quando impediri dicitur: vel non posse quem tute ad locum citationis accedere.
4 Cautela vt antequam fiat citatio per edictũ, quod iudex capiat informationem de non tuto accessu.
5 Terminus in citatione per edictum debet poni cõgruus, vt ve niat in notitiam citati.ꝛ possit ad locum citationis comparere.
6 Judex qui citat per edictum quomodo moderabit terminum dandum citato ad comparendum.
7 Citationis si in termino comparet,ꝛ allegat absentiam citati,ꝛ petit sibi prorogari terminum vt inueniat citatum,terminus de bet ei dari.
8 Judex non veniẽte absente data dilatione, potest contra ipsum vt in contumacem procedere.
9 Citari extra territorium quando possit subditus, per edictũ vel per nuncium vel literas.
10 Papa citat quemlibet vbicunque existentem.ꝛ officialis impe rij qui præest vni prouincie,potest homines existentes in quali bet prouincia imperij citare.
11 Imperator vel princeps secularis nõ potest citare quem in ter ris ecclesie,sed scribit superiori vt notificet.
12 Judex in cuius territorio degit citandus si negligat citationes ad literas citantis notificare, tunc iudex extra territorium ci tat per edictum.vel per nuncium.
13 Citatus qui in primo termino comparuit si postea se absenta uit quomodo citabitur.
14 Citatio per preconem admittitur,vbi citatur incerta persona.
15 Consilium,quid agere debeat iudex, quando citatus in primo termino comparuit,ꝛ non est locus detentioni,ꝛ sic extra territo rium.
16 Citari per preconem,quando quis possit.

a a 1 ✻Per edictum. [a] Iste modus†citandi cõuenit or dinarijs,ꝛ delegatis a Principe ꝛ non alijs.C.quomodo,ꝛ qñ iud.auth. qui semel.Item non so
2 lũ in his casibus.sed in alijs omnibus,vt ibi patet.Sed† de iure cano.non potest fieri,nisi de speciali commissione Papæ.ꝛ tunc solum contra eos,qui procurant ne ad eos citatio perueniat vel ad quorum loca non potest tute accedi.vt extra de iudic.capi. ũ. in cle.quæ limitatio secunda fuit multum equa vt ibi patet sic pu to iudices in foro nostro dicere,practicare, nam isti tres modi citandi permittuntur,alternatiue,ꝛ sic iudicis arbitrio. Sed in his debet seruare equitatem, vt in authentica, insurandum, quod presta.ab his.§.primo.ꝛ per Innocen.extra de constit. c. fin.glo.not ꝛ Archi.de constit lib.vj.si ergo potest per nuncũ citare,vel epistolas,vel literas non est equus quod citet per edi
b cta,ꝛ si faceret,grauaret partem,ꝛ ideo per iudicem appell a
3 tionis,posset infringi† processus.hoc autem scilicet quem inor e diri ne ad eum citatio perueniat vel non posse accedi tute,sepe accidit scilicet quando citatur aliqua ciuitas,vel dominus, aut multi ciues vnius ciuitatis argu.extra de rescrip. capitu. statutum.§.cum vero eiusdem lib.vi.Item si locus in quo persona est citanda est rebellis, non enim tute mittitur nuncius ad locum inimicorum.l.sciendum.ff. de legationib.ꝛ l. de etate. ad senat.
4 Trebel.ꝛ l.ũ.ff.ex quibus causis ma.Puto† tamen recte fieri, antequam hec citatio fiat quod super hoc ad iudicis informa
5 tionem aliquid cognoscatur.d.l.de etate.† Sed quis terminus in tali edicto ponetur? ℟espond.congruus vt possit venire in notitiam citati.vt possit postea ad locum citationis comparere in ciuilibus,d.cap.i.de iudic.in clemen.ne alias edictum con tineat impossibile.vt ff.de eo quod certo loco.l.ũ.§.si quis ita.In criminalibus vero datur dilatio longior secundum formam.l ũ. C.de exhibẽ.re.que tamen dilatio non videtur necessaria i hec lege cum absque figura iudicij procedatur. cum illa sit solenni
6 tas iuris ciuilis.vt supra not.in glos.super verbo, figura. †Sed qualiter sciet iudex moderare terminũ,cũ ignoret vbi reus mo retur: ℟espond.ter.est.C.quomodo ꝛ quando iudex.auth.qui

semel. vbi dicit qd iudex presens, debet examinare vbi sit reus,
sed hoc videtur impossibile quod testes examinati corã iudice
hoc dicant, scilicet aliquem modo esse Florentie. Unde oportet
sic intelligi vt dicit text. in authent. de exhib. re. §. illum vero.
vbi dicitur quod iudex examinet inquantũ possit in quã terraz
abijsse dicitur ex eo quod dicitur abijsse. apparet ergo qd suf-
ficit sola fama vel vulgi opinio quod in certum locum dicitur
abijsse. Quod ergo in d. authent. dicitur vbi, id est vbi esse dici-
tur, & ex eo quod dicitur examinet, poterit intelligi summatim
ad sui informationẽ etiam parte non citata vt ibi no. Hec est pra
ctica vera & pulchra, & notab. Quid si hãc examinationem non
fecit. Certe aliquid de substantialibus videtur omissum. vsus ta
men & communis practica hoc non patitur, sed satis est assigna
re terminum cõgruentem per distantiam loci, vbi est, vel vbi ha
bitare consueuit, sicut ibi citare sufficit. l. j. §. j. de lib. agnos. l. iiij. §.
7 pretor. ff. de dam. infec. †Quid si intra terminum comparet ali-
quis, & dicit citatum abesse petens sibi terminum prorogari vt
citatum inueniat, & ei denunciet, an sit audiendus? Respond.
iste videtur excusator ad allegandum causas absentie, ideo au-
diendus faciendo fidem de absentia: quo facto, si petat termi-
num, vt eum inueniat, & ei denunciet est audiendus, vt C. vbi de
crimi. agi opor. authen. qua in prouincia. Sed quid si talis reuer
8 tens dicit †se illum diligenter inquisiuisse, & non potuisse inueni
re vbi esset? Respond. quod procedit iudex tanquã contra con-
tumacem. Nam post illam dilationem auditur, si ille veniat, vel
mittat legitime, alias secus, vt dicta authentic. qua in prouin-
9 cia. hic autem neutrum facit. Sed an predictis †modis quis
possit citari vbicunque sit etiã extra territorium ciuitatis: quod
videtur. C. de episcop. & cleric. l. omnes. §. verum si apparitor. &
de offic. prefec. vrb. l. ij. vbi subditum suum quis citat etiam extra
* territorium * existentem. In contrarium est casus extra de re
iudicata cap pastoralis. in clemen. vbi declaratur quod Impera-
tor per se nõ potest citare eũ qui est in terris ecclesie, sed debet
superiori denunciare vt ei nunciet. Cyn. in quadam disputatio-
ne dicit quod illud fuit cõpositum per errorem Canonistarũ. Sed
cum illa decretalis fuerit facta in generali cõcilio, vbi est copia
magna intelligentiũ, non est verisimile quod in illo c. fuerit er-
ratum, vnde temeraria est dicta solutio. Unde dicit Paulus de
Leaza. in d. c. qd ille qui, est iudex alicuius ratione domicilij po
test citare illum extra territorium quacunque citatione, cum ta-
lis absens alium ab isto superiore non habeat per quem citari
possit: & ita loquuntur iura predicta. Si vero loquimur de subie
cto ratione delicti vel contractus, & sic per accidens, & tunc ta-
lis iudex nõ citat extra territorium, vt d. c. pastoralis, & hoc quo
ad executionem faciendam in rebus que alias non sunt in terri-
torio citantis, vt extra de foro competen. c. Romana. §. contra-
hẽtes. lib. vj. Sed certe primum membrum ratione domicilij pla
cet, secundum displicet, primo per dictum. §. contrahentes. vbi
sit citatio extra territorium, etiam quo ad pronunciationem de
mittendo in bonis que nõ sunt in territorio citantis. Secundo
quia directo est contra casum huius cõstitutionis. Et quod sic
intellexerit Imperator, patet, quia citationem factam de rege
Roberto existente extra territorium, asserit legitime factam, et
loquitur hic de citatiõe facta a quocũque qui preest iurisdictio-
ni. Item in causa capitali. Et si dices, hoc Imperator, non po
tuit cõcedo in terris ecclesie. Dico ergo quod Papa potest ci-
10 tare quemlibet vbicunque existentem, †quia ipse est vicarius *
* ipsius, cuius est terra, & plenitudo orbis eius vt extra de iud. c. j.
in clemẽtin. Ita per vniuersum Imperium officialis qui preest
vni prouincie, potest citare homines existentes in qualibet pro
uincia Imperij, quia hoc facit authoritate Imperatoris, d. l.
omnes. §. verũ si apparitor. & d. l. ij. ff. de offici. prefe. vrb. l. & hic.
11 sed Imperator †vel alius princeps secularis non potest citare
quem in terris ecclesie quia etiam illas terras sibi libere reserua
uit, d. c. pastoralis. debet ergo scribere superiori illius loci vbi
persona citanda moratur, vt notificet sibi, vt ibi & ff. de requi. re.
12 l. j. §. 1. Sed †quid si ille iudex scribat quod non vult ei notificare.
Uidetur, quod non imputetur hoc reo: quia per eum non est fa
ctum, vt ff. quod vi, aut clam. l. j. §. si, sed secundum hoc iudex non
potest expedire processum, ergo dic quod habetur tanquam le-
gitime citatus. licet enim ipse de se non impediuerit citationem
fieri, impediuit tamen defensor eius, scilicet, suus superior, quod
sufficit extra de electio. capit. causaz. in clem. vbi verũ si propter
c appellati vel suorum &c. Uel dic quod propter eius negligẽtiã:
poterit ipse iudex citare per edicta, vel nuncium, sicut si esset in
eius territorio, argu C. vbi in rem act. l. ij. & de iudi. l. nulli. & quod
13 ibi not. & hoc plus placet mihi. Quid si in primo termino †cita-
* tus comparet, * & postea se absentauit qualiter citabitur? Resp.
aut prima citatio fuit facta simpliciter quod compareat super ta
li negotio responsurus, & tunc veniendo satisfacit primo termi-
no, & eadem solennitate est citandus hac secunda citatione sicut
in prima, vt dictum est s. in glo. super versi. super dicto crimine.
Aut prima citatio facta fuit magis extense dicẽdo quod veniat
responsurus super tali negotio, & ad procedendum in causa pre
dicta, vt iuris fuerit, vsque ad finem. & tunc veniendo non satisfa
cit termino nisi stet vsque ad finem, quia tunc est intelligendũ vt
d stet in conspectu iudicis ideo tunc sufficit citatio per precone
ipsum citando per ciuitatem, quod iudex facit citare talem: nunc
enim si non comparet, procedetur in causa. Aut enim erat pre
sens in ciuitate, & non comparet, & talis proclamatio arctat eũ.
l. si eo tempore. C. de remis. pigno. Aut non erat presens, & ex eo
quod se absentauit a ciuitate erat contumax, ex virtute prime ci
tatiõis, & ex hoc quia morari debet in ciuitate vbi est curia. lic
14 quo in loco sit, incertum sit; Sic etiam admittit †citatio per pre
conẽ quando est incerta persona que citetur, vt dicã. j. Nec obst
predictis. C. de bo. aut. iud. pos. l. cum proponas. & auth. & qui
rat. in cor. vnde sumitur, quia ibi promisit & iurauit de iudicio
sisti magis respectu partis vt eis cõmittatur obligatio ad inter
se, vt ff. si quis cau. l. ij. in fi. quã respectu iudicis, vt dicatur contu
max, si ibi non est, ideo debet solenniter citari facta inquisitione
e vbi esse dicitur. Consulo tamen ad effugiendũ † predicta q pre
15 comparente in primo termino in causis in quibus nõ est locus
detentioni, vt ei dicatur a iudice vt certũ locũ in ciuitate eli
gat vbi sit citandus. sicut enim potest eligere domiciliũ. vt. ff. ad
municip. l. domicilium. & l. nihil. ita potest eligere quo ad certum
actum. Quidam autem precipiunt tali sic comparenti, quia est
f ex lõginquo vt singulis diebus, & horis * quibus reddit ius cõ
* pareat corã eo. Et qr de citatiõe que fit per preconẽ facta est m
16 tio, quero †quando per preconẽ citare licet? Quidã dicũt q cita
re licet reũ, nõ actorẽ vt C. quomodo & quãdo iudex authẽ. qui se
mel. & ita videtur tenere Specula. in titu. de cita. § sequi. circa
princ. Sed certe ratio posita in authent. qui semel. scilicet q vox
preconis paucis innotescit, est cõmunis ad actorẽ, & reuz. Unde
dictum Specula. potest esse verũ in eo casu, in quo reus potest
esse in loco, vt dixi. Dic ergo, aut est citanda persona certa q cõ
stat eius interesse, aut ignorat quis sit ille cuius interest. ¶ Pri
g mo casu ipsa persona citanda est nominatim, de ven. inspicien.
l. j. § penulti Sed qualiter? Dic aut est incertũ vbi sit. nec alibi
est ex virtute citationis, & nõ potest citari per preconẽ id est vo
ce pconis, vt d. auth. qui semel. aut debet esse in aliquo loco vir
tute citationis, sed ignoratur locus loci, qr nescitur in qua parte
sit ciuitatis, & tunc sufficit citatio per preconem vt s. ostẽsum est.
l. si eo tempore. C. de remis. pig. tamen ista citatio non preiudicat
nisi presentibus vt ibi patet. facit qd no. Inn. in ter. de ma. & obe.
c. si. & hoc nisi citanda esset aliqua multitudo. C. de decur. l. obser
uare. lib. x. & no. per Inn. in c. si. ext. de ma. & obe. Si vero ignora
que sit persona cuius interest citari, & tunc sufficit citari per pre
conem, vt l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. x. & in d. l. si eo tẽpore.

ADDITIONES.

a T. D. ¶ Per edictũ. Uide Alex. in l. inter accusatorẽ. ff. de pu
blic. iudic. in versi. vlterius quero in additio. incip. vlterius in
Bar. & in l. j. §. presides. in addi. ma. icip. presides ff. de requir.
& Ias. in l. si. ff. de iuris. om. iud. & dixi in l. omnes. C. de episc.
& vide apostil. Alexã. in l. si eo tẽpore. C. de remissio. pig. in
l. nec quicquam §. vbi decretum. ff. de off. procon. & leg.
citatio p edictũ fieri possit, vide Pau. de Cast. cõsi. 50. in
filio ccv. & que sit differẽtia inter edictum & perẽptoriũ
dem cõsil. iij. & ccxxiij. & per Abba. consi. lxij. & qñ sufficiat cita
per proclama. Rom. consi. ccccx.

b ¶ Citet per edicta. Uide Alexand. in l. ij. in versi. secundo prin
cipaliter quero. ff. de appel re. in apostil Bar.

* ¶ Territorium. An quis possit citare sibi subditum existentem
extra territorium vide Old. consil. lxxxv.

* ¶ Uicarius. Idem tenet Aret. consil. lviij.

c ¶ Negligẽtiã. Si iudex nollet vel negligeret exequi literas
mi iudicis illo casu ei permittitur citare condemnatum exist
tem extra territorium per edictum vel per nuncium ac si esset in
territorio. Ita singul. tenet Bar. hic. & sequitur Frãcis. de Are.
in consi. liiij. incip. diligenter cõsideratis omnibus. & domi.
in l. cum quedam puella. in princip. in fi. & in l. fin. in vij. fall.
de iurisdi. om. iudic. vbi dicit hoc dictuz esse singulare T h. D.

* ¶ Comparet. Uide Fede. consil. clxxij.

d ¶ Preconem. Uide plene per Marian. Soc. in rub. extra de
la. in suo tracta. de cita. in artic. xx. quest. xvj. in quarta quest. prin
cip. & ibi videas omnino. T ho.

e ¶ Tamen. No. quod facta citatione generali si semel cõparuit
citatus non debet vlterius procedi ad aliquem actum sine noua
citatione, etiam si fuerit citatus ad omnes & singulos actus vsq
ad sententiam. Fel. in c. licet. causam. de probatio. versic. demum
in hac materia dicit hic T h.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Longinquo. Quando citatio debet fieri de longinquo, an sufficiat citari semel personaliter ad totam causam: Barto. hic videtur tenere qꝫ sic, & ita tenet. Vide plene nota. per do. Mar. Soci. in rubr. de dilatio. in suo tracta. de cita. articu. xx. questiõ. xv. in ij. questio. vbi plene, & in iijꝰ. quest. vbi etiam abundãter.

✻ Decius. Bal. cõsil. ccxxxviij. iib. iijꝰ. dicit, qꝫ miraf de tali citatione, qꝫ est quedã seruitus, qꝫ quis moretur semper in loco, & qñ citatio ad totam causam fieri possit, vide Paul. Cast. consi. 50.

5 Tho. Cholmatim. Vide Bart. in l. si quis instituatur. §. item si conditioni. verſic. quero, quando creditores, & ibi apost. Ale. x. in ff. de hereditat. instit.

1 ¶ Citatio talis est quod fuerit affixa in loco publico vt moris est nec requiritur quanto tempore stare debet, dum tamen relatio appareat facta.

2 Preconia debent fieri in locis publicis, nec in relatione debet locus facti preconij exprimi.

1 **Publice.** Canonico debet prius † verbo literas legẽdo in aliqo publico loco citari. postea litere debẽt affigi publice scilicet in foribus maioris ecclesie, ca. extra de iudi. in clem. hic enim circa locum loquitur large: quia sufficit publice propone in loco vbi ius redditur, vel in foro nundinarum. vel alibi vbi

a mos est publice fieri preconia, vt in secunda cõsti. Codi. circa fabr. edictis ex more propositis, & quanto tẽpore edictum stet affixum ibi non exprimitur. vnde erit arbitrio iudicis, vt ff. de iure delibe. li. sufficit autem ius actis scriptum esse quod edictũ fuit publice propositum in tali loco: nec est necesse scribi quod tanto tẽpore stetit. nec enim presumitur inde sublatum cum hoc

2 facere sit delictum. l. si quis id qõ. ff. de iur. omn. iudic. cautius tamen esset si quis de hoc faceret fieri scripturam. † Preconia etiam debent scribi in locis publicis, & consuetis in dicta constitu. Codi. circa fin, & sufficit quod preco referat se preconisasse per ciuitatem in locis publicis & cõsuetis. etiam si non exprimitur loca. Nã talia loca consueuerunt esse notoria, & sic exprimendo est necessaria. ff. de contrahen. emptione. lege, cum seruo. §. finali. ita obseruat consuetudo.

ADDITIO.

a ¶ Preconia. Vide plene per Jas. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudi. ibi vide limitation. m. & bon.

Citata. Persona vel ciuitas.

1 ¶ Vniuersitas quomodo citanda.

a **Citatum.** Corpus, vel collegiũ: sed qualiter hoc fiet & in citatione, que fit per edictum? Clarum est cum ibi sufficiat propositio in loco publico vt in presenti gl. sed cum fit per nũcium vel epistolam quem citabit nuncius. vel cui literas presentabit. Joan. andr. extra de concessio. prebẽd. c. si capitulum. libr. vi. dicit quod requirat eum qui habet conuocare tale collegium. cum sufficiat quod illud cõgreget more solito quod si se includeret. vel impediret. ne fieret propositio vel presentatio. perinde habetur. ac si esset facta. & quod satis placet. Potest etiam dici quod sicut vnum hominem singularem quis põt citare. licet solũ caput eius respiciat. & non aliud corpus. ff. de in ius vocã. l. satisdq. & arg. l. cũ in diuersis. ff. de rel. & fun. fun. sic etiã

✻ si quis vniuersitatẽ potest citare citãdo caput eius. hoc est illos qui presunt vniuersitati. cõmunitati, vel collegio. l. municipibꝰ. ff. de conclu. & demon. Potest etiam dici quod sicut tutor põt citari in causa pupilli, ita hoc modo rectores in causa vniuersitatis. arg. ff. de pact. item magistri societatem. & l. sequẽ. & de admi. tuto. l. §. sufficit. Sed tu dices illud verũ est quando commissio fieret decernendo tutorem, sed si fieret de citãdo pupillum an

b sufficit? citare tutorem: posset dubitari. Et ideo consilium est,

1 quod fiat eo modo de citando tutorem & pupillum, & de citãdo rectores administratores, & vniuersitatẽ. tunc sine dubio sufficit citare rectores. Potest etiã dici, quod sufficiat quod nũcius per terram clamet quod ipse ex parte talis iudicis citat talẽ vniuersitatem. Cum enim talis citatio fiat de multitudine, sufficit fieri per preconẽ vt dictũ est. & in gl. sup verbo, per edictũ. Per citationes autẽ istas que fiũt de rectoribꝰ vniuersitatis vniuersitas constituit contumax ficte. non antẽ dicitur vere contumax, quasi dolo se occultans. ff. de reg. iur. l. non potest dolo carere.

ADDITIO.

a T. D. ¶ Citatum. Vide Alex. and. in l. non potest. ff. de regulis iuris. in additio. Bar.

✻ ¶ Vniuersitatem. Vide supra. in ver. vniuersitatis. vbi qualiter citetur.

b ¶ An sufficiat. Vide Bartol. in l. prima. §. sufficit, & ibi apost. ff. de adminis. tut.

c ¶ Tenere cõtumax. Vide Alex in l. properãdum. §. sin autẽ reus in fi. C. de iudic. & Felyn. in cã. vt lit. non contest.

1 ¶ Lese maiesta. in crimine non sufficit quod quis sit vere contumax.

2 Iudex non procedit quando ei constat citationem nõ peruenisse ad notitiam citati.

3 Citationis si in termino aliquis comparet allegans citati absentiam & iustum impedimẽtum, & tamẽ iudex procedat, processus est nullus.

4 Citatus quando in termino nõ comparet necessario non est accusanda contumacia nisi quando proceditur per accusationem.

4 Cautela vt iudex accusatore absente possit eius defectum supplere.

a **Neglexerit.** Vere, ficte, seu presumptiue: hec enim constitutio nõ requirit quod quis sit

1 vere contumax. quod patet ex modo citandi per edicta, de qua citatione non constat quod ad notitiam peruenerit. & hoc nisi in

2 dicit † constet hoc ad citatum non peruenisse vel ipsum esse vel fuisse legitime impeditum quo minus veniat, & tũc si vltra procederit ipso iure nullum esset quia deficit substantiale: nam nõ vere, nec ficte neglexit. quod requirit hec lex. & nota. per glos. ff. de re iudic. l. quesitum. & fuit opinio Joan. Andr. in l. contumacia. §. fina. eodem titul. Sed quid, si in termino † citationis comparet aliquis excusator dicens citatum fore absentem ita qõ

3 non potest in eius notitiam peruenire: vel qꝫ est legitime impeditus, & iudex vltra procedit, an valeat? Dic quod si excusator obtulit se probaturũ, & iudex contempserit, quod processus est nullus, quasi per iudicem steterit, quo minus fiat, alias secus. Facit extra de app. capitu. interposita. saltum tamen est ius partis petende restitutionis ex causa iuste absentie. C. quomodo & quando iud. l. ab eo. ff. de in integ. restitu. l. fi. & quod ibi not. An autẽ

4 sit necesse † quod in termino quis cõtra citatum se presentet vt

b neglexisse dicatur? Respond. non: cum proceditur per inquisitionẽ factam ex officio, vel per denunciationem cum iudex sedens semper sit presto. Sed cum per accusationem proceditur, secus videtur ad similitudine causarum ciuilium. vt C. de iudi. l. properandum. §. j. Sed in criminalibus est hoc diuersum, quia accusatore desistẽte, vel defuncto potest iudex procedere vt C. de abo. l. ũ. & ff. de pub. iud. l. pe. in princi. Nam si constaret quod iudex vellet ibi supplere defectum partis sufficeret. † Ideo quidam in partibus Italie faciunt sibi concedi licentiã ab accusatore vt eo absente possint expedire processum, & tunc constat quod partis supplet defectum. In casu tamen huius constitutionis constat quod hoc non requiritur, cum possit fine figura iudicij procedi.

ADDITIONES.

a ¶ Th. D. ¶ Neglexit. Vide Bar. in auth. qui semel. in iijꝰ. questione in versi. communiter, in fi. in addi. Bar. C. de probat. & in l. quesitum in duobus locis. ff. de re iudic.

b ¶ In termino. ✻ Require in versicu. publice. in apostil. que incipreconia.

c ¶ Neglexisse. Vide Bar. in l. inter accusatorem. ver fi. quero. ff. de pub. iud. & ibi in addi. Bar. scripsit Bar.

1 ¶ Terminus intelligitur peremptorius quãdo proceditur sine figura iudicij.

2 Monitio iudicis ad audiendum sententiam dicitur peremptoria.

3 Monitio, & protestatio, que fit extra iudicium, intelligitur peremptoria.

a **In termino.** Et hoc quia singulari nũero[a] loquitur, patet quod vnus tantũ ter

1 minus fuit assignatus. Ex quo † patet quod in his, quibus potest procedi sine figura iudicij terminus intelligitur peremptorius, etiam si non exprimatur. ✻ Facit extra de verb. significatio.

2 c. sepe. in clemen. † Itẽ si iudex vna voce admoneret eos, vel aliquem ad audiendum sententiam, intelligitur peremptorie. C. quomodo & quando iud. in l. secunda. & ibi not. alias peremptorie dici debet, vt dixi supra in gl. super verbo, super dicto crimine. † Item admonitiones, & protestationes que fiunt extra iudicium intelliguntur peremptorie, cum semel sufficit fieri. l. & itia. §. Imperator. ff. de leg. ij.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Singulari numero. Vide plene Jas. in l. fin. ff. de fer. & Felyn. c. licet causam. de probat.

✻ ¶ Exprimatur. Sequitur Roma. consil. cccxliij. incip. quo ad primum. versi. ex quibus superest.

Personaliter. Hoc verũ in crimine, vbi est pena infligenda in corpus, &c.

1 ¶ Procurator in criminalibus nõ admittitur etiã si ex forma

statuti contra absentem procedi possit.
2 ¶Procurator in criminalibus admittitur quãdo pena venit imponenda a relegatione infra.
3 Vniuersitas in causis capitalibus respondet per procuratorem. Vniuersitas accusando prosequitur accusationem per procuratorem.

Legitime. Ut per eum procuratorem, vel syndicũ, ꝛ
1 a sic videtur hic casus, †quod in causis capitalibus vbi potest ferri sententia in absentem admittitur pro-
✳ curator, quod tenet Dy. in l. penult. §. ad crimẽ. ff. de pub. iud. per regulam posita in l. seruum quo. p. §. publice. ff. de proc. ꝛ dicebat quod vbi per statutum potest damnari absens potest interuenire procurator, quod non placet. Nam etiam de iure antiquo reperitur in casibus quod absens potest de capitali crimine damnari in casibus specialibus. C. de pen. l. ne diu. ꝛ. ff. ad l. Corn. de fic. l. lege Cornelia. vers. ꝛ qui hoc crimine. secundum vnum intellectum. Item in causa appellationis. altero absente lit. non cont. potest deuenire ad diffinitiuã. C. de tempo. appel. l. fin. §. illud. ꝛ tamen tunc non admittitur procurator, vt ff. an per alium cause appel. l. prima. Item procurator rei debet satisdare iud. sol nisi a dicta satisdatiõe a domino fuerit releuatus, vt Inst. de satisda. §. si vero aliquis. Sed hic procurator non potest satisdare, nec dominus a satisdãndo releuare eum potest. Item qõ Dyn. dicit de statuto est aduertendũ qm̃ statuta Italie cõmuniter permittunt damnari absentem propter contumaciam tantũ. Sed si admitteretur procurator iam non esset contumax. Non obstat. d. §. pub ice. Nã vbicunque posset damnari absens de iure communi iudex debet ex officio perquirere veritatẽ pro vtraque parte. vt C. quomodo ꝛ quando iud. authen. qui semel. ꝛ C. de appel. l. amplorem §. primo. ꝛ dicam statim in glo. super ver. receptionem. merito quilibet excusans innocentiam auditur non vt procurator, sed vt quilibet. Et hoc est quod dicit ibi ter. quamuis verba pro eo facientem. ꝛc. ex eo quod dicit quamuis apparet quod non requiritur quod si procurator. ꝛ hoc dixi in §. ad crimen. in l. pen. ff. de publ. iud. Non obst hec litera, quia
2 exponet †quod intelligitur eo casu, quo pena a relegatione infra venit imponenda. vel intelligitur legitime scilicet, per procuratorem eo casu quo venit imponenda pena a relegatione infra: quod potest esse in his que ipsum crimen quocunque modo tangunt, vt supra dixi in glo. super ver. tangat. Item ad ipsum crimen potest referri. ꝛ dic personaliter, id est quando aliqua persona citata est legitime scilicet quando proceditur contra aliquã
3 communitatem, vel corpus, vel collegium. ꝛ sic not. †casum qõ etiam vniuersitas in capitulis respondet per syndicum. vt C. de re mil. l. tam collatores. lib. xii. ꝛ not. per Lyn. C. qui accu. nõ poss. l. ii. ꝛ eo modo est casus quod eti im si per vniuersitatem
b fieret accusatio posset prosequi per syndicum. tamen hic loquitur generaliter ex parte rei ꝛ actoris. vt dixi supra in fin. gl. super ver. super dicto crimine. licet Dyn ꝛ Lyn. communiter dicant contra in dict. lege secunda. ff. de accus. §. fin.

ADDITIONES.

a ¶Potest ferri. Vide Bar. in l. penul. §. ad crimen. ff. de pu. iud. in ver. sed primo quero. ꝛ ibi in addi. meis. ꝛ Alexan. in cons. iii. in vi. volum. in ii. col. viso statuto. ¶Thom.
✳ ¶Procurator. Vide Bal. cõsi. xv. lib. iii. ꝛ dicunt. do. de Rot. decis. clxi. in nouis. qꝑ valet processus gestus cũ procuratore. qui comparuit in criminali. ꝛ nõ fuit oppositũ. ꝛ idem tenent decis. cccclxxxii. ꝛ potest interuenire procurator in causa criminali, vbi agitur de priuatione beneficij vt ydem decidunt decis. cccccxx.
b ¶Yeret accusatio. Vide Bart. in l. ii. §. fi. in fi. ff. de accusatio. ꝛ ibi apost. Alexan. Thom.

a **Perinde.** ¶Non tamen per omnia. ꝛ sic gratia contra rietatis tollende. Non enim sic potest fieri executio in absentem sicut in presentem de qua executione hic dicitur. ꝛ infra dicetur. ꝛ idem in omnibus, que in absentem nõ cadunt sicut in presentem de hoc multum not. glo. ad l. Jul. pecu. l. sacrilegij. vbi autem contrarietas nõ resultaret, perinde est quo ad omnia scilicet quo ad tẽpus. quo ad modũ, ꝛ quo ad certas qualitates. ꝛ idem in certis aduerbijs ꝛ nominibus signi
✳ ficatiuis similitudinẽ, vt ff. de ali. ꝛ cib. leg. l. a filio. §. testator.

ADDITIO.

a Tho. ¶Perinde. Vide Alex. in l. miles. §. iudicati. ff. de re iudi. Bar. in l. j. §. lex falcidia. ff. ad l. falcid. ꝛ in l. j. ff. de prouari. ꝛ in l. sacrilegij. ꝛ in l. i. §. fi. finita. ff. de dam. infec. ꝛ dixi in d. §. lex falcid. ꝛ in d. l. j. de prouari. ꝛ ibi Alexand.
✳ ¶Similitudinem. Vide Roma. late cõsi. cccxxxiii. ꝛ Cald. consi. viii. de verbor. sig.
1 ☞ Litis contest. dicitur fieri in presentia.
2 Absens vbicunque damnari non potest, peruenitur ad diffinitiuam absque litis contest.a.
3 Actio pro actore perpetuatur, etiã si reus citatus est cõtumax.
4 Judex debet scribere ¶Principi quando post sententiam latam apparet de innocentia accusati.
5 Contumacia sola de iure communi non facit quem haberi pro confesso.

1 **Contestata.** Cõtumacia de qua dixi §. ex vna parte equiparatur personali presentie. lit. contest. ex alia parte, nec enim sufficeret quem esse presentem, nisi lis esset contestat. quando ordinarie proceditur, nec sufficeret lit. contest. nisi quis esset presens. lege, absentem. ff. de pe-
a ꝛ hoc in capitalibus. in alijs secus. vt no. in dict. l. absentem.
2 dixi. Et no. diligenter, qꝑ vbicũque †absens potest damnari, peruenitur ad diffinitiuam ante lit. contest. quia illa cõtumacia ha-
3 bet vim contestationis. vt C. vbi in rem act. l. ii. ꝛ sic puto actionem perpetuari etiam pro actore. si ipse esset cõtumax. seruatis omnibus citationibus que ponuntur in authentic. qui semel. C. quomodo ꝛ quando. iud. cum talis contumacia habeat vim con-
test. litis pro vtraque parte. quod patet. quia pro vtraque parte iudex examinat causam.

ADDITIO.

a T. D. Cy. absentem. vide ibi Alex. ꝛ Jo. Igne. in sua quest. an Rex Francie recognoscat Imperat. in v. speciali.

Receptionem. Hoc facit pro vtraq; parte. Judex debet perquirere veritatẽ pro vtraque parte. vt in auth. qui semel. C. quomodo ꝛ quando. iud. ibi perquisita veritate. ꝛc. ¶Potest etiam absentem absoluere. C. de iudi. l. properandum. §. finautem ex gestis. maxime in ca-
4 sis capitalibus †vbi etiam si post sententiam appareret de in-
a centia debet iudex principi scribere. ff. de quest. l. i. §. fi quis v-
5 tro. †Item ex hoc apparet quod ex sola contumacia de iure cõmuni quis non habetur pro confesso, vt dixi in l. lege Cornelia. §. fin. ff. ad senatusc. Silla.

ADDITIO.

a B. A. ¶Scribere. Vide Bartol. in sua quest. incip. iudex male. Angel. consil. cccix.

Publicationem. Not. in casibus in quibus potest procedi sine figura iudicij requiri publicationem. Item no. in criminalibus publicationem fieri. ¶Item not. procedi ad receptionem ꝛ publicationem testium, lite non contest. etiam contra eum, qui non est vere contumax. quod est contra ea que not. Dyn. ff. de damno
fec. l. iii. §. toties. ꝛ sic faciunt pro not. ꝛ his que ibi diximus.
1 ☞ Conclusio in criminalibus non fit.
2 Dilationes due dande sunt actori, ꝛ reo tres in criminalibus cum aliqua cause cognitione.

Sequentia. Ut reprobationes testium productiones instrumentorum. ꝛ allegationes. C. de iudi. auth. iubemus. ꝛ ad interrogatiões testiũ pro declara-
1 dis dictis. eorũ si que essent obscura. conclusionẽ † aut in criminalibus non puto fiendam. imo quãdocunque quis se vellet defendere debet audiri. l. vnius. §. cogniturum. ff. de quest. ꝛ
2 §. de quest. in fi. ¶Intelligo † tamẽ actori dandas duas dilationes reo vero tres. cũ aliqua cause cognitione. vt ff. de fer. l. in
etiaz dilationes dabit iudex cũ maiori causse cognitione. Illud
men puto sufficere qꝑ videat iudex dilationẽ postulari vere
tate. non causa differende litis. ꝛ hoc modo debet intelligi
cogniturum. de effectu autem publicationis dixi plenius
quã feci de authent. at qui semel. C. de probat. ꝛc.

Diffinitiuam. Vides ergo casum in quo absente reo potest negotiũ liquidari
ꝛ diffinitiue pronunciari in criminalibus. Simile C. de pen. ne
diu. ꝛ ff. ad l. cor. de fic. l. lege Cornel. vers. ꝛ qui hoc crimine
dũ vnã lec. in capitalibus hoc erat de iure antiquo, vt ff. de
l. absentem. Jn ciuilibus vero quid iuris sit absente actore
reo. dic. vt C. quomodo ꝛ quando iud. authen. qui semel. ꝛ C.
iudi. l. properandum. §. j. cum seq.
1 ☞ Citari quando debet pars tempore executionis.
a **Executionem.** Hic est casus, qꝑ pars non
1 iterum citanda. ꝛ tempore exe-
tionis, quod est verum si per sententiam liquet executionem
esse faciendam, vt si condemnatio facta sit in rem. vel ipsa res
piatur, ꝛ vendatur. vel si est facta condemnatio in personam
persona capiatur. ꝛ puniatur: solum enim hoc est necesse fieri
fit illa persona condemnata. ꝛ ideo exigitur ab eo quedam co
fessio super hoc, ꝛ proceditur ad executionem: secus alias, sic
erat cum capitur aliquis aduocatus, vt ff. de cust. reo. di
vers. fic ꝛ diuus pius. ꝛ ibi dixi. Si autem condemnatio esset
cta in pecunia, ꝛ pro ea caperetur, ꝛ vẽderetur res vna pro alia
tunc debet pars citari, qꝛ in hoc certa cause cognitio requiri
b vt l. a diuo. pio. §. fi in venditione. ff. de re iu. ꝛ ibi dixi, ꝛc.

Additio

ADDITIONES.

a Tho. D. C Iterum citanda. Vide Aler. in l. si ad diē. in addi. Bart. in apost. mag. ff. de re mili. & Joā. Igne. in dispu. an Rex. y ancie recognoscat Imperato. in xvij. speciali. & Jas. in l. i. C. de nu. & facign. & Aler. in consil. xxij. in causa & lite verten. inter Gabrielem, & Felyn. in c. ex ratione. de appel,

b Dict. ac Et ibi vide Ale. in ver. vlti. fuit opi. Bart. hic & ibi vide plures limitationes ad dicta per Bart. hic.

1 2 Assessores quibus limitatur tempus ad fiendum processus, non possunt expedire, nisi prope finem termini.

a [*] sunt fratres minores, in dicta constitutione continentur duo, scilicet electio personarum, ¶ hoc est fratribus licita. Item distributio pecunie, ¶ hoc est fratribus interdictum. An poterunt dicere fratres non volumus pauperes eligere, distributionem autē pecunie facat ille, ad quem spectat, quod videtur quasi vt vtile per inutile non vitietur, imo separetur, vt in capi. vtile per inutile. lib. vj. de regu. iur. ¶ quia sunt duo, ergo potest vnum ample⁹ci, ¶ ad id respui. l. secunda. de lega. secundo, cum similibus. Et contra videtur, quia si eligantur persone, impeditur distributio, que alteri deberet competere. Aliter enim cogitur quis distribuere inter plures, aliter iter pauciores, ergo videtur quod nō possit. l. §. qui Stichum. ff. de eo quod cert. loc. ibi dum dicit, ad liquam tollis ei actionem dum vis seruare reo eletionem. Secundo dicendum est † quod fratres poterunt eligere personas. Pro cuius intellectu est sciendum, quando relinquitur persone incerte, vt pauperibus, vel captiuis, tunc si executor testamentarius non elegit, succedit legitimus, scilicet, episcopus. l. nulli. et si quis ad decimandam. C. de episco. ¶ cler. ¶ in authen. de ec⁹ cle⁹. §. si quis autem hoc facere. Quandoque persona est certa, sed res que relinquitur, est incerta, tunc executor non declarat [b] rem, si quidem debet eligere vnam de certis, ipsi succedit in arbitrium, ¶ electio fit ipsius legatarij executore non exigente, vt l. fina. §. fina. C. commu. de lega. Si vero executor debeat arbitrari simpliciter quatenus sibi videtur tunc succedit arbitrium boni viri, hoc est iudicis, vt l. prima, de legat. tertio. Quādoque contingit quod persone, ¶ res sunt incerte, sed qualiter in personas predictas distribuantur dicte res, arbitrio executoris committitur, ¶ tunc, executore cessante distribuere, non succedit legitimus distributor, sed lex ipsa distribuit, vt quilibet equaliter admittatur, qui venit ad petendum, l. qui duos. §. fin. de lega. ij. ¶ l. cum quidam. ¶ l. vnum ex familia. §. sed ¶ si fundū. eodem titu. et ibi per gloss. in verb. diri ita demum. At nunc in proposito si frater nolet personas, licet ipse non posset inter eas distribuere, tamen distributionem facit lex ne aliquis posset conqueri, ne sibi facultatem distribuendi abstulerit, cum lex ipsa hoc fecerit. ¶ Preterea in legato illo primo debet attendi persona, vt l. quidam referunt. ff. de iure codicillorum, debet ergo electio personarum precedere, ¶ preferri. Equius enim est, quod per electionem personarum, impediatur distributio, quā per distributionem impediatur personarum electio, vt ex predictis patet.

ADDITIONES.

a B. L. ¶ Legerunt. Vide Pet. de Ancha. in consi. cclij. Rom. consi. ccxxviij. incip. pro plena discutione. ¶ cccc ix. incip. quo ad primum proposite consultationis.

b Th. D. ¶ Non declarat. Vide plene de dicto Bartol. hic per do. Franc. de Are. in consi. lxviij. incip. do. Joannes.

SECVNDA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

a 10 

MAutem [a] in istis [†] executoribus, si reperiantur fratres, possint dare cōsilium? Videtur quod sic. licet enim Clemens statim post verba predicta in c. j. precedentis di. subdit sic, Caeruntamen in his exequendis dare consilium eorum statui non obstat, cum per hoc ipsis circa temporalia bona nulla iurisdictio, actio in iudicio siue dispensatio tribuatur, que verba intelligo generaliter prout iacent, siue consilium determinate [b] siue indeterminate petatur, siue de personis, siue de quantitate. Caueant tamen fratres ¶ faciant taliter qō in talibus consilijs suis cesset suspicio, ¶ predicta vera nisi personalia predicta, que consilium super distributione peteret, ordinem minorum ingressura esset, vt in sequenti c. dicetur.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ An autem. Vide Alex. in l. j. §. si plures. in addi. bar. ff. de exer. in apost. que incip. seruāda est. vers. ¶ an debeat saltē.

b ¶ Determinate. Vide Bar. in l. quidam. §. Papinianus. ff. de admi. tut. ¶ ibi apostil. Alex. ¶ ibi scripsi.

CAP. II.

11 

SEd si persona [†] que a fratribus cōsilium peteret, esset ipsorum fratrum ordinem ingressura, tunc fratres super eo consilium dare non possunt, vt colligitur ex his verbis clem. j. d. c. exiui. §. dubitauerūt. vbi sic ait, Dubitauerūt ¶ dubitant multi fratrum an liceat ipsis de bonis ingredientiū quicquam recipere si donetur, ¶ si ad dandū personis, ¶ conuētibus eos possint inducere sine culpa si etiam ad disponendum de distributione talium rerum debeant ipsi ministri vel fratres dare consilium, ¶ paulo post, Dicimus de cetero debere tam ministros quam fratres ceteros a dictis inductionibus ad sibi dādum ¶ suasionibus nec non ¶ dandis, circa distributionem consilijs abstinere, ¶c. licet verba predicta solum videantur referri, quando ingrediens de bonis suis [a] voluit distribuere. Veruntamen idem puto si vellet distribuere de bonis alienis, quia forte fuisset executor relictus in bonis alterius, quia rationes que ponuntur in illa decretali etiam hic l. cum habēt videlicet quod fratres debeant magis habere affectum ad personam, quam ad bona temporalia. Preterea, subest alia ratio quia cum sit ingressurus religionem, ¶ sic in potestate monasterij ¶ fratrum ipsorū rogamen, ¶ suasio esset preceptum, ¶ sic ille libere non distribueret, ideo Papa voluit quod hoc casu a dandis consilijs abstinerent, argument. ad hoc. ff. de adulte. l. si possuerit. §. ratio autem publica eorum.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ De bonis suis. Vide Jas. in authen. si qua mulier. in prin. C. de sacrosanc. eccle.

TERTIA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

2 

MAutem ille [†] tertius, Cuius executoris officium, ¶ distributio est iniuncta in testamento cum consilio fratrum minorum, debeat eorum consilia requirere de necessitate? Breuiter, omissis multis dictis infra in presenti c. sic dico, aut testator iniunxit quod fiat cum consilio fratrum minorum eo casu

su quo ipsi fratres non possunt esse executores, & de vbanitate debet eorum consilium requirere. de necessitate non tenetur. l. quidam decedens. §. Papinianus. de administrat. tutorum. ar gu. eo casu quod ipsi fratres possunt esse executores. tūc debet eorum consilium requiri. ff. mand. l. idemque. §. si quis. & l. sed et pupillus. §. conditio. ff. de instito. & l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirenda hereditate. & l. eorum Titio. ff. de verbo. significa. Sed contra predicta facit ff. de administra. tutor. l. Titium, & Meuium. vbi reperitur quod etiam qui non potest esse particeps officij, non tenetur quis eius consilium requirere, sed ibi loquitur in curatore, cuius potestas est a lege licet a testatore dek. Sed hic loquitur in executore cuius potestas est ab homine, sicut potestas procuratoris & circa hec, & alia que infra dicam prorim. latius dixi in quodam commento, quod feci in l. j. §. si plu
13 res. ff. de exerci. hec vero hic dixisse sufficiant. Sed an ille, qui ipsorum requisiuit consilium, teneatur illud sequi de necessitate. dic aūt loquimur in eo casu, quo consilium requirere non tenetur de necessitate, & tunc non tenetur illud sequi, vt patet ex his que dixi. §. i cap. prorim. etiam si testator dixit quod hoc faciat de cōsilio & consensu ipsorum. ne quod vna via prohibetur, id fiat alia. l. scire etiam oportet. §. j. ff. de excus. tuto. extra de regulis iuris. c. cum quid vna. lib. vj. Aut loquimur eo casu, quo tenetur requirere consilium. quod est, quando ipse potest executor esse. si quidem est frater minor assumptus vt executor & consultor simul, tenetur illud sequi. d. l. Titium. ff. de administra. tutorum. Aut fuit assumptus vt simplex consultor, & tunc sufficit. q eius requiratur consilium nec tamen sequi debet. vt extra de arbi. c. cum olim. & argu. ff. manda. l. h. in fi. Et sic reprobatur distinctio eorum, qui dicunt, aut dixit consilium aut cum consilio. & tangitur per glo. in d. l. id quod pauperibus. C. de episco. & cleri. & ego plenius in d. §. si plures. vbi respondi ad omnia iura, si qua possunt in contrarium facere, &c.

Liber quartus Minoricarum.

1 ¶ Fratres minores non succedunt ab intestato, nec per ipsos etiam ecclesie Rom. acquiritur, sed bereditas vadit ad sequentes in gradu.
2 Fratres minores non succedunt ab intestato, etiam in his rebus, que licite retinere possunt.
3 Fratres minores nouitij ante professionem succedunt ab intestato.
4 Professi tentes regulam fratrum minorum, libere de bonis suis disponere possunt.
5 Filius preteritus a patre professente regulam fratrum Minorum rumpit testamentum.
6 Heres institutus in testamento ingredientis religionem fratrū minorum statim capit hereditatem, aliter morte non expectata naturali.
7 Ingressus & professus religionem fratrum minorum non potest bona sua diuidere inter filios suos.
8 Bona professentium religionem fratrum Minorum pertinent ad venientes ab intestato.
9 Professus religionem fratrum Minorū, si efficitur episcopus, non recuperat bona alij quesita.
10 Frater minor episcopus, vel aliter liberatus ab ordine, quando recuperet ius succedendi ab intestato.
11 Frater minor remotus ab ordine propter eius demerita non recuperat ius succedendi ab intestato.

DISTINCTIO PRIMA.

CAP. PRIMVM.

1 2 DE hereditatibus que fratrib⁹ ipsis ab intestato obueniunt, aliqua dubia oriuntur. † Primo. an frater minor parentibus & alijs agnatis ab intestato succedat, sicut monachus, vt dicitur C. de episco. & cle. l. Deo nobis. §. hoc etiā. Istam questionem mouet ibi Jaco. de Ere. & etiam Ly. recitat opim. quorundam. Quidam dicunt quod per eos acquiritur ecclesie Romane, alij dicunt quod acquiritur eis non vt retineant, sz vt vendant. Alij dicūt quod nullo modo habere possunt. Sz istor opin. fuerūt antequam veniret declaratio clemen. in d. cap. cum. §. cupiens. vt hec questio determinetur, dic sic, quia igitur successoribus transit non solum vsusfructus rei, sed etiam dominium suo tempore in communem beredem, fratres autem prefati nil sibi speciali vel etiam ordini eorum est in communi, declarando dicimus quod successionum huiusmodi que verisimiliter, & indifferenter ad pecuniam, & alia bona mobilia se extendunt considerata puritate voti, nullatenus sunt capaces. &c. Ecce habeo expresse quod bis fratribus, vel ordini nullatenus spectat. & ficlegitimam debitam iure nature non poterit petere, vel habere cum sit tertia eius quod habituri erant ab intestato. Sed ab intestato nihil habituri sunt ergo, &c. Item ex eo quod dixit eos non capaces, apparet quod non queritur per eos ecclesie Romane, vt l. si in metallum. ff. de bis que pro non script. hab. & de. hered. instituē. l. j. & de bon. liber. l. si necem. §. si de peculatus. venit ergo dicta hereditas ad sequentes in gradu.

ADDITIO.

a B. L. ¶ Succedat. Vide Rom. consi. cclxviij. & ccxcvj.

CAP. II.

2 SEd quid si in dicta † hereditate est domus cōtigua loci fratrum minorum, vel ibi sunt res quas fratres ad vsum' possunt licite retinere, an in illis succedāt? Respō. nō vt patet ex pdictis verbis. dicit. nullatenus: ergo. &c. Et sic in nulla parte vel re. Ptera non ō quis proprie succedere in rebus certis, sed in hereditate que est quoddam incorporale, iz contineant res corporales. vt ff. de rerum diuisio. l. j. in fi. & Institu. de reb. corp. & incor. §. & per totum titu. Cū igitur ipsi non sint capaces istius successionis. hoc est, ipsius vniuersalis iuris, ergo nec eorum, que in dicto iure cōtinentur. & predicta vera in fratribus iam professis, &c.

CAP. III.

3 SEd Nouitij ante factam † professionē expresse, vel tacite sunt liberi homines. extra de regula. capit. non solum. lib. vi. & est hodie in fratribus minoribus expresse declaratum per Benedictum Papam xij. in dictis constitutionis
a bus. vbi sic ait. Caueant autem Guardiani & ipsi nouitij, & magistri eorum. ac fratres alij, ne contra constitutionem infra probationis annum aliqualiter impedire presumant quo minus si ad aliam religionem transire maluerint, transeant. vt etiam ad seculum redeant. sicut. de sua processerit voluntate. &c. Ecce apparet quod sunt in sua libertate. ergo sicut alij liberi, & seculares possunt succedere qui non postea fecerunt professionem. & erunt de istis bonis si predicta successione ei quefierint, sicut de alijs bonis proxima distinctione dicetur.

ADDITIO.

a B. L. ¶ Nouitij. An nouitius habeatur pro clerico vel laico vide Petr. de Ancbara. consi. lxxij.

SECVNDA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

4 a DE bonis † vero eorum, quos dictorum fratrum regulam imitātur vel professentur quid iuris videamus. Cōstat em qō ipsi nil retinere possint omino, & si quid ipsi ante professionem de bonis suis distribuerint, seu dispositionem fecerint, hec rata esse debent, & firma. cū ipsa regula adhuc ingredientibus. & sit liberum facere de bonis suis, secundum quos spirauerit, hoc etiam dicitur in d. c. cum. §. dubitauerunt. & licet in his que alias religiones ingrediuntur, consueuerint habitari an in eorum testamento quod ante fecerunt, debeant aliquid iure institutionis relinquere monasterio quod ingreditur, vt C. de sacrosanc. eccle. autb. si qua mulier. & xix. q. iij. c. si mulier. tamen in eo qui profitetur regulam Minorum hoc expressum puto. Ille enim filius preteritus rumpit testamenti quod potest succedere, alias secus, vt l. si necem. §. j. de bon. liber. & Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthumis.

ADDITIO.

a Tho. B. ¶ De bonis vero eorum. Sed si monachus, vel frater vnius Monasterij detinet bona fide in alio Monasterio tanquam frater ipsius monasterij detinentis & emat vnam rem que tradita est abbati, vel Guardiano ipsius monasterij secundi detinentis. & non apparet ex cuius pecunia Monasterij ipse emerit, de qua intelligitur, vide Pau. de Cas. & Alexan. in Lectura fundus. §. serunm. ff. si certum petatur.

Ex

CAP. II.

6 Esti etiam Heredes ¶instituti ī testamēto talis sic ingredientis capient ipsius hereditatē statim, non expectata morte naturali, licet de ingredientibus alias religiones cō

a sueuerit dubitari, in d. authen. si qua mulier[a]. Ratio, q; ibi ciuilis mors quo ad abdicationem bonorum ab eo habet per omnia eundem effectum, quem habet mors naturalis: ergo idem ius, l. Deo nobis in prin. C. de epis. & cleric. & l. ex ea parte. §. insulam. de ver. ob. Ad quod etiam per Dy. in d. l. si necē. & vt puto istā suam voluntatem non poterit reuocare, vt statim dicam, &c.

ADDITIO.

a Bd. C Si qua mulier. C. de sac. sanc. eccle. & ibi vide Jaso. & ibi scripsi. & vide dom. Barto. Socin. in cōsi. xcij. in princi. incip. circa primum.

CAP. III.

7 Quandoque Contingit, ¶quod ingredientes dictam religionem fratrū minorum fecerunt ¶ possessionem, & de bonis suis nullo modo disponunt: dubitatur primo an potuerunt bona sua dimittere inter filios, sicut possunt alij, qui alias religiones ingrediūtur. d. authen. si qua mulier. ℟ Respōdeo non puto, quia post professionem non possunt se impedire de talibus constitutionibus eum non faciant ob suas necessitates, sed ob alias, & hoc verum esse probatur per ea que dixi in preceden. libro. De executoribus vltimarum voluntatum, dixi in c. ij. & per hoc puto quod voluntatem propriam reuocare non possunt, quicquid sit de iure in alijs religiosis hic non dico, &c.

TERTIA DISTINCTIO.

CAP. PRIMVM.

8 Sed ad quos pertinebunt ¶bona ipsorū ingredientium predictam religionem, & nō disponentium: ¶Ista est antiqua

a questio. eam tangit Jnn. extra de probatio. c. in presentia. & hodie Joan. And. recitat opin. & eam tangit Spec. in titu. de stat. monacho. c. j. ij. & iij. & breuiter quid iuris sit i alijs religiosis. hic nō dico, Sed quantum ad fratres minores dico, q; eorum ordo ex predictis bonis nil debet vel possit petere, vt expresse colligitur in d. c. ruf. & dubitauerunt. Unde puto q; quantum ad istam materiam penitus habeatur pro mortuo, vt dictum est, quod dicta bona perueniant ad venientes ab intestato sicut si mortuus esset. Facit ad hoc. C. de bo. damna. authen. bona damnatorum, &c.

ADDITIO.

a Bd. C Cap. in presentia. Vide Lud. Ro. consi. ccxvj. incip. circa declarationem. vbi plene.

CAP. II.

9 Contingit Interdum, ¶quod illi qui regulam fratrum minorum sunt

a professi, transeunt ad episcopatum, vel aliam regulam, quę possunt in communi habere. Queritur primo an eorum bona alicui quesita possint recuperare: Et videtur quod sic, sicut dicimus de restituto. l. §. C. de sen. pass. & l. j. ff. de sentent. pass. Contrarium dico, quia siue dicas quod hec restitutio sit in pristinum repositio, siue quod indulgentia, seu permissio transeundi ad alium statum separatum, non recuperat bona tam alijs quesita, quam fisco, l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posth. & ibi no. in fi. magne glo. & ideo bona nō recuperat vt C. de sen. pass. l. j. & l. tutor. cum similib.

ADDITIO.

a Bd. C Episcopatum. Vide Fely. in capitu. inter quatuor. vbi plene de maiori. & obedi. & Jas. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. & vide Fed. de Senis consil. xx.

CAP. III.

1 Quero An talis frater ¶minor factus episcopus vel ad aliam religionem legitime trāslatus succedat ad intestato parētibus agnatis & cognatis: Et videtur quod sic vt C. de senten. pass. l. j. Contra videtur quod non: casus est ff. ad Tertyl. l. §. j. vbi loquit de filiofamil. facto seruo, & postea liberato. Solu. Putarem dicē dum sic. Aut iste liberatur ab ordine authoritate summi Pontificis, & puto quod ius succedendi recuperet. l. §. C. de senten. pass. & ff. ad Tertyl. l. prima. §. filius qui mortis. Idem puto si aliter legitime ab aliquo Archiepiscopo, vel alio prelato promoueretur ad aliquam dignitatem, per hanc enim concessionem beneficij intelligo eum ad omnia restitutum, vt dictis legibus cū ius succedēdi recuperet, necest in eo statu, in quo erat añ ingressum, facit rix. q. j. cano. statutum. per quem canon. & multos alios rationes reuerēdus ¶Pater Dominus Fräciscus de Assisio Decretorum Doctor Abbas ¶Monasterij Campi ¶Regij. in medium adduxit, qui istum passum ad mei interrogationem sic disputans determinauit. Si vero reperiretur alius modus licit[e], quam expressa cōcessione beneficij, vel dignitatis, per quam ab eo ordine absolueretur tunc ius succedendi non recuperatur. d. §. §. j. ad Tertyl. & d. l. j. §. filius qui mortis. eo. ti. vbi tex. facit

11 istam distinctionē & bene, alias aduertatur. ¶Hoc autem ¶potest contingere si aliquis ppter eius demerita ab ordine licentiare tur, & ab ordine ei permitteretur vt transiret ad aliam regulam, quod eo casu ei licet, non alias. vt per multa priuilegia Romanorum ¶Pontificum fratribus est concessum, que hic non refero, quia longum esset, eo autem casu non puto eos recuperare ius succedendi, per iura predicta. Illa enim absolutio magis est ad penam, quam ad premium, &c.

CAP. IIII.

a Posset queri, Aliquis erat grauatus restituere, si decederet sine liberis, qui decessit instituto filio fratre minore. an talis filius facit istam cōditionem deficere, &c. Vel pone, per Italiam sunt statuta quod filie femine non succedant extantibus masculis, vtrum filius masculus frater minor facit feminam non admitti. & plura alia possent queri, que licet sint dubia propter statutū fratrum minorum, tamen q; hec ad eos non pertinent. Cum enim eorum cōmodum vel in cōmodum) ideo ad presens opus non pertinent, sed hec in alijs locis debitis sunt tractand. i.

ADDITIO.

a Bd. C Posset queri. Adde bal. in l. filiussa. §. cum quis. in fi. ff. de leg. j. & in l. ij. in fi. ff. de bono. poss. contra tabu. & in l. j. §. filium eo ti. & in l. fi. C. quando & qui. quarta pars. & Ang. in aut. de non eligen. secundo nuben. in fi. prin. & in l. j. C. de condi. inser.

Finis Tractatus ¶Minoricarum Bartoli.

Tractatus De duobus fratribus inuicem habitantibus.

1 ☞ Filius qui ex re patris, ipso viuente percipit fructus patre mortuo, debet alijs fratribus communicare.

2 Filius qui lucratur cum pecunia patris, & opera sua partem lucri respectu pecunie communicabit, partem vero respectu persone, tanquam proprium retinebit.

Lucrum prouenies ex persona filij dicitur aduentitium.

3 Filius exercens vsuras, patre mandante, tenetur lucrum ex eis prouenies communicare: secus, si sua sponte exerceat.

4 Filius qui lucratus fuit, & dubitatur vnde, ex quibus bonis presumatur quesisse.

5 Quesitū per filiū in dubio presumitur quesitū ex bonis patris.

6 Statuto stante, q; ō vxore predecedēte sine liberis, vir lucretur dotem, & vxor filij, viuo patre, decedat, an tale lucrū alijs fratribus communicetur, & in tractatu Bal. nu. 7.

7 Donatum vel relictum filiofa. per extraneum patre viuente q; fi factum est contemplatione patris, non communicatur.

8 Donatum filiofa. quando in dubio videtur datum contemplatione patris, vel filij, si est datum ab extraneo.

9 Usufructu donato vel legato filiofa. cuius contemplatione videatur donatus, vel legatus & an communicetur.

Intellectus ad l. fi. C. de vsufruct.

10 Donatum filiofa. pacto appositio quod habeat in castrensi pecu. vel quasi, quando erit castrensis peculij, vel non.

11 Donatum filiofa. exercenti mercantiam cum pecunia patris cuius contēplatione videt donatū ad hoc, vt cōmunicetur, vel nō.

12 Causa proxima inspicitur, ad cognoscendum quādo aliquid est factum contemplatione alicuius.

13 Lucrum factum per filium ¶ cum pecunia castrensi, vel quasi castren. peculij, tale lucrum quando sit aduentitium, vel castrense.

14 Filio berede instituto a matre vel ascendente linee materne cuj conditione, quod ad patrem nō perueniat vsufructus, an dicta conditione non obstante, pater saltem in legitima habeat vsum fructum, & in trac. Bal. nu. 5.

15 Filius an teneatur communicare libros eidem emptos per patrem, & in tractatu Bal. nu. 33.

16 Pater si dedit pecuniam filio in studio, quando filius teneatur illam imputare in eius partem.

17 Si pater incipit expendere in studio pro filio, quod eo mortuo non debeat perficere studium de communi.

Pater si aliquid incepit pro filio quando heredes eius tenentur illud perficere, & num. 19.

18 Filius si licite contraxit aliquod debitū in studio, patre mortuo, illud de communi solui debet.

20 Pater si fecit expensas in nuptijs alterius ex filijs, alter frater debet de proprio & non de cōmuni facere, & in tracta. Bal. numero 31.

21 Vestes vxoris alterius ex filijs facte per patrem non conferuntur, secus festiue, & ornamenta pretiosa, & in tractatu Baldi, numero 33.

22 Expense facte per fratrem in rebus aduentijs filij, in quibus pater habet vsumfructum, quando imputabuntur in partem filij in diuisionibus.

23 Filio datum per patrem quando veniat communicandum.

24 Pater si faciat filium stipulari ab aliquo debitore quādo videatur facere animo donandi.

Iste Tractatus

in duas principales partes diuiditur. Nam quandoque inter eos contenditur de bis, que in vita patris continguntur, quandoque de bis que post mortem eius contingunt. Circa primum plura sunt inspicienda. Nam quādoq; vnus ex bis acquirit sua opera, vel ex aliquo euentu, quandoque acquirit, q; extraneus sibi donat, vel relinquit. Quandoque ipse pater filio concedit. Quandoque ipse filius paternum patrimonium diminuit, & sic sunt quatuor questiones principales, de quibus per ordinem videamus. Primo igitur quero quando vnus ex fratribus, viuo patre, aliquid ex opera lucratur[b], vtrū illud post mortem patris sui teneatur fratribus suis coheredibus communicare? Et circa hoc occurrit primo illud videndum, quando ex re patris sine vlla opera sua fructus percipit, & tunc non est dubium quod venit communicandum sicut alie res patris, & sicut alia profectitia, vt C. de collatio. l. si donatione. de rei vendicatio. l. emptor. in fin. C. de bon. que liber. l. cum oportet. in princip. Predicta vera, nisi passus sit pater vnum ex filijs percipere animo eidem donandi: quia tunc quid iuris sit, dicemus in ij.

2 questio, princip, †Secundo quero[c], quid si acquirit cum pecunia patris, & lucretur negotiādo, & sic opera sua interuenit? Gl. in verb. exceptis castrensibus peculijs. l. cum oportet. C. de bonis que liber. videtur velle quod istud lucrum sit profectitium, & totum veniat communicandum. Hoc etiam tenuit Jacob. Balduini, & etiam Specul. de iudic. §. sequitur. versic. quid si alter filiorum ex pecunia paterna, & allegat pro determinatione. ff. de vsu & habitatio. l. si ita, & ff. de acquir. rerum domin. l. per seruum. §. fi. Mihi autem videtur dicendum, quod lucrum, quod fit cum pecunia patris, pro parte attribuatur pecunie patris, & pro parte persone lucrantis, vt instit. de socie. §. j. C. eodem tit. l. j. & ff. eodem. l. si nō fuerint. vnde videtis, quod quando q; vn[a] ponit pecuniam, alter operam, & lucrum inter eos equaliter, vel inequaliter, secundum quod inter eos conuenit, vel consuetum est, diuiditur. Item certum est, quod omne lucrum prouenies ex persona filij, est aduentitium, vt d. l. cum oportet. post principium. Dico igitur, quod illa pars lucri, que attribuitur pecunie tanquam profectitia venit communicanda: illa vero, que attribuitur persone filij, propriam retineat vt aduentitiam: nec conferat. l. fina. C. de collatio. & hoc modo debent gloss. & doct. intelligi, scilicet, quod communicetur lucrum perceptum ex pecunia patris, deducta etiam extimatione oneris, persone, & opere, que remanet precipuum apud filium. De hoc est gl. in verb. proportionibus. l. illud. in princip. C. de collatio. Nec obstat d. l. si ita. § fin. & l. per seruum. in fin. quas alleg. Specul. quia loquuntur in seruo qui acquirit alteri, etiam ex persona sua, & ex sua opera. †Tertio quero, quid si filius ex pecunia patris fecit vsuras, an illas teneatur communicare: gloss. in verb. ex eius substantia. in d. l. cum oportet. dicit quod sic, sicut alia profectitia. Lyn. ibi tenet contrarium. Tu dic quod aut filius facit vsuras sua spontanea voluntate, patre non mandante, & tunc non veniunt communicande: quia est rurpe lucrum, & prohibitum, vt ff. pro socio. l. quod autem ex furto. & famil. erciscun. l. cetere itaque. §. j. & quia ex delicto patri per filium non queritur. l. quod si vnus. alias. quod seruum. ff. de acquiren. possessione. Aut fecit mandante patre, & communicare cogitur: quia tunc patri per filium queritur dominium, & possessio, licet fuerit delictum. l. j. §. deiecisse. ff. de vi. & vi arma. & not. in dicta l. per seruum. pre allegata. Preterea cum pater teneatur ad restitutionem, ergo alterius fratris interest habere: quia pro eius parte hereditaria potest conueniri. Preterea hoc videmus in socio, qui sponte communicat questa dolo, quia repetere non potest, nisi eo nomine fuerit condemnatus. d. l. quod autem ex furto. & sequen. Idemus autem lucri illiciti patri fuit quesitum dominium, & possessio, sit alteri fratri communicanda, nec ille frater lucra poterit sibi

d retinere, nisi eo nomine fuerit condemnatus. Quarto quero,

4 quid si dubitatur, vnde filius †quesierit: Gloss. in dicta l. cum oportet. ponit duas opiniones, nec bene se firmat, sed in l. Mutius. Mutius, in gloss. vnica. in fine. de donationib. inter virū & vxorem remittit se ad not. in d. l. cum oportet. & Docto. Bald. inclinat in illam sententiam, vt ex presumptionibus iudicetur esse profectitium, vel aduentitium, quod puto esse verum. Tamen ad huius declarationem distingue, cum queritur, an bona

5 circa aliqua negotia † versantur. vt tutor, procuratus, vxor, & filius

e les. si tales aliquid quesierint, nec apparet vnde, quid debeat presumi: dic aut si presumeretur ex eis bonis quesitum circa bona quis versatur, resultaret presumptio delicti, vel euitatur, aut nec inducitur, nec euitatur. Primo casu non est premendum esse ex eius bonis, circa cuius bona quis versatur. l. defunctus. C. arbitr. tutel. Secundo casu presumitur esse ex bonis eius. l. Quintus. ff. d. donationib. inter virum & vxorem. C. eodem l. etiam. Tertio casu recurratur ad coniecturas. authen. licentiam. C. de episcop. & clericis. sunpta de corpore in authen. de eccle. titu. §. interdicimus. Nunc ad propositum in filia femina presumptio in dubio ex bonis patris quesitum, causa euitande turpitudinis questus, sicut in vxore. d. l. Quintus. In filio autē masculo cum habeat dominium quodammodo patre viuente, & habeat de bonis patris, nō est delictum, quia ibi non est talis turpis questus, ideo recurrit ad cōiecturas sicut in prelatio turpis questus, ideo recurrit ad cōiecturas sicut in prelatio

6 C† Quinto quero, quid si vxor filij est mortua viuo viro, & postre, & ex forma statuti, vxore mortua fine liberis vir debet habere certam partem, vtrum istud lucrum erit commune, an erit eius, cuius fuit vxor? Istam questionem ponit Dyn. in l. si cum dotē. §. transgrediamur. ff. solu. matrim. vt videtur tenere quod vxore mortua viuo patre lucrum sit cōmune inter heredes patris. per l. ij. secūdo respon. C. famil. erciscun. & ibi hoc tenet Dy. pro quo est text. & gl. in verb. confertur. in l. dotem. ff. de castrens. pecul. Mihi aūt considerandum videtur quod talia lucra fiunt propter onera matrimonij, & ideo aut pater sustinebat onera matrimonij, & sic vera opinio predicta. Videtur enim profectitium ex re patris. Aut onera matrimonij sustinet ipse filius de lucro suo, & tunc lucrum sit ipsius filij. Videtur enim ex re sua opera ipsius filij processisse, & sic est aduentitium. sed si pro parte sustinuit pater, pro parte filius, dictum lucrum dicatur profectitium, & aduentitium pro rata oneris quod sustineret. ff. de vsufruct. l. sed & si quis. §. j. & §. quod si ex re. & ff. de stipul. seruo. l. si seruus communis. Deuij. §. fin. pro hoc facit regula iuris, secundum naturam.

7 **Secundo principaliter** † videādi est quādo ettaneus vni ex filijs donat vel relinquit filiofa, patre viuente, vtrū istud debeat postea inter fratres cōmunicare, vel esse eius pro puum? gl. in l. sed & si quid. in princ. ff. de vsufru. & ibi doct. Et simpliciter considerandū cuius contēplatione sit datū vel contemplatione patris sit profectitiū, & sic sit cōmune, alias tra puum ipsi? filij, vt ff. de vulg. & pupil. substi. l. sed si plures. in arrogato. de vsufruct. l. sed & si quid donetur. & ibi gl. in verbo.

8 distinguemus & no. in d. l. cū oportet. qō est verū. Sed quādo dubio. si non apparet cuius contēplatione: Rideo, videt in dubio cōtēplatione filij. l. fi. C. de vsufr. & in gl. In cōtrariū videtur, qō in dubio sit relictū vel donatū contēplatiōe patris. vt l. filius. de cōdi. & demō. Dy. in hoc distinguit in l. si filiusfamilias. ff. de do. cau. mor. Aut sit mētio patris, & presumit eius cōtemplatione, vt d. l. fi. & argu. C. de iure delib. l. cū aliquis. Aut nō fit mentio patris, & presumit contēplatione filij, d. l. fi. C. de vsufr. que distinctio nō placet per d. l. fin. de vsufr. vbi innuitur qō fuit facta mentio patris. Preterea adiectio patris sit magis ad demonstrationem quam ad aliud, adeo quod si in patre erretur nō valet tiaretur legatum, vt ff. de bere. instit. l. bis verbis. §. fin. & ideo puto distinguendum. Aut fit mentio patris & patrie potestatis aut patris, vnde primo casu. Aut dispositio cōfertur in tempus patrie potestatis & presumitur contemplatione patris vt d. l. de condi. & demon. Aut cōfertur in tempus sui iuris, & presumitur contemplatione filij. C. de instit. & substi. l. ij. ff. ad treb. vel pure. in princip & l. mulier. in princ. Secūdo casu, quādo fit mentio patris tantum: Aut est tale quid qō non potest acquiri nisi solum patri, & presumitur contemplatione patris, argu. ff. de stipul. seruo. l. j. §. cōmunis seru[s]. & l. item si seruus. & respō. & ff. pro soc. l. verū §. fi socio. Aut potest queri tam patri quā filio: in dubio presumitur contemplatione filij, d. l. fi. C. de vsufru. facit. ff.

sol.l.τ magis.τ l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.de verb.obli.
vbi persona non subintelligitur extrinsecus, sed persona patris
videtur adiecta causa demonstrationis. ¶ †Tertio quero, quia
9 ista procedunt in proprietate, quid in vsufructu donato, vel le-
gato filio: Aduertatis, q2 de hoc est casus in l.fin.C.de vsufru.ta
men quia de intellectu illius legis dubitatur nec bene a docto-
ribus declarata relinquitur, dicitur sic. Aut cũ relinquitur vsus-
fructus filio, quia est incertum vtrum sibi possit aliquid acquiri,
vel non. Nam si contingeret ipsum filium mori in vita patris, fi-
lius nil quereret: fructus enim sunt patris, τ eo viuo ipsum ius
vsufructus ad heredes non transit. Sed si iste pater ante dece-
deret, acquirerentur fructus filio integre. Sicut ergo ex futuro
euentu pendet vtrum filio aliquid acquiratur vel non, ita ex fu-
turo euentu pendet cuius contemplatione videatur relictum. se
cundum predictam doctrinam. Cũ ergo filius decedit viuo pa-
tre, presumitur contemplatione patris, cum ipsi filio nil potue-
rit queri.d.l.fi.C.de vsufruc.aut decedit primo pater, τ presumi-
tur contemplatione filij, quasi sibi possit queri.d.l.fi.in fin.Et sic
ex predicta distinctione approbatur, τ determinatur casus illi⁹
legis. ¶ Quarto quero, pone aliquid donatum fuit filiofamil.
pacto apposito quod illud habeat in castrensi peculio, vel quasi
an erit castrense vel quasi. Distingue. Aut donatur ei filio qui
non est miles, vel quasi, q2 nõ est aduocatus, nec habet aliquas
dignitates, que ponuntur in l.fin.C.de inofficio.testamen.τ tũc
non erit castrense, vel quasi, sed aduentitium. Ueritas enim est
inspicienda non verba a donãte prolata, vt ff.de castren.pecul.
l.si forte. Aut erit miles, vel aduocat⁹, vel huiusmodi, τ tũc aut
est certum quod nõ donasset nisi occasione militie, τ erit castrẽ-
se vel quasi l.cum allegas.de castren.pecul.lib.xij.C.τ l.castrẽse.
ff.de castrensi.pecul.τ sic etiam debet intelligi l.diuus.eodẽ tit.
Aut erat dubium, τ tunc aut donantur res militie necessarie, vt
equus, τ arma militi, τ aduocati libri, τ erit castrense vel quasi a
quocunque concedatur. C.de castrensi.pecul.l.miles.in prin.τ l.
castrense.ff.eo. Aut sunt res ad militia non necessarie, τ tũc aut
donatur ab eo qui in militia notus erat, τ erit castrense peculiũ
vel quasi. Aut ab alio, τ non erit castrense peculium, etiam si nõ
hoc dixit donans.d.l.si forte.τ ibi not.τ C.eodem.l.j.licet autẽ
appositio illorum verborum non valeat facere esse castrense, ta-
men forte operabitur quod patri non queretur quantum ad v-
sumfructum quod potest facere donans.C.de bon.que libe.aut.
excipitur.τ licet forte vitietur expressum, tamen non vitiatur ta-
citum.l.j.§.quibus modis pign.vel hypo.sol.τ quod plene not.
per Cynum in illa questiõe de illo qui ex pacto aliquid reserua-
10 uit sibi. ¶ Quinto quero, †quid si filiusfamil.faciebat mercan-
tiam cum pecunia paterna, propter quod habebat notitiã cum
quodam domino, qui sibi donauit aliquid istorum, an illud com
municabitur inter fratres? Specul.in titu.de iudic.§.sequitur.
versic.quid si isti filio fuerit aliquid.tenet quod queraƭ patri, si
viuit, alias communicẽtur inter fratres: q2 quod occasione rei
mee queritur τc.l.cum queritur.§.j.de pecu.τ de donat.l.qui mi
hi donatum.cum simil. Pro hoc facit, licet ipse nõ alleget, quod
dixi s.in j.quest.quod illud quod obuenit occasione militie con-
numeratur in castrense, d.l.si forte.τ de castrẽ.pecu.l.j. Mihi vi
detur quod ipse minus bene intellexit, ideo puto sic dicendum,
Quandoque extraneus donat filio contẽplatione ipsius filij, τ
tunc non est dubium. Quandoq3 cõtemplatione ipsius patris,
ita quod ipse pater est proxima, τ immediata causa ipsius dona-
tionis: volebat enim patri acquiri, τ tunc acquiritur patri. d.l.
sed si plures.§.in arrogato.τ d.l.qui mihi donatum. Quãdoq3
donat quis ratione mercantie, vel societatis, volẽs societati ac-
quiri, τ sic causa proxima donationis est societas, tunc acquiri-
tur mercantie, seu societati, τ diuiditur sicut alia lucra, vt dixi in
ij.quest.huius tractatus. Istam autem differentiam, vtrum gra
tia mercantie seu societatis, facit in simili tex.in l.actione.§.idẽ
11 Labeo ff.pro soc. †Quandoque autem extraneus donat filiofa-
milias occasione societatis vel mercantie, ita quod societas, vel
mercantia est causa remota, vt in quest. proxime posita, vt quia
propter mercantiam acquisiuit amicitiam cum aliquo domino,
quam alias non habuisset, τ tunc totũ istud dicitur aduẽtitium,
τ sic non communicabitur fratribus, vt ff.pro soc.l.socium qui in
eo.§.fin.τ ibi est casus expressus, τ vltima gl.ibi posita, in verb.
donatũ esset.probat hanc distinct.τ ꝙ illa causa remota non cõ
sideretur in damnum acquirentis, facit l.j.§.nunc videamus. de
coniungen.cum emanc.lib.tamen quantum ad cõmodum ipsius
acquirẽtis bene consideratur causa remota.d.l.si forte.τ l.j.C.de
castren.pecul.facilius enim operatur retentionem quam acqui-
sitionem.exẽplum, vt C.de vsufr.l.per retentionẽ.τ C.etiam ob
chirogra.pec.l.j. Ex his enim apparet ꝙ omnes leges dicẽtes
12 inspiciendũ esse cuius contemplatione detur, debent intelligi-
de causa proxima per d.l.socium qui in eo.§.fina. quod not.

13 †Sexto quero, quid si filiusfamilias cuius pecunia est castrẽsis
vel quasi lucratur, vtrum illud lucrũ erit aduẽtitium, vel castrẽse
vel quasi? Rñd. aut illud lucrũ est mere ex illa pecunia, vel ex alia
re castrensi, vel opera sua, q2 dat pecuniam mercatoribus, τ erit
similiter castrense peculium, vel quasi: arg.ff.de castrẽ.pecu.l.pa
ter militis.§.si seruus. Aut lucratur cum pecunia τ opera, τ in-
quantum pecunia accedit opere, erit aduentitium, per ea, que
14 dicta sunt s.in ij.q. †Septimo quero quid si mater vel ascendẽs
de linea materna instituerit filium, hoc addito, ne ad patrẽ per-
g ueniat vsusfructus[g], vtrum ex legitima, quam ille habebat ne-
cessario relinquere, pater habebit vsumfructum? Gl.in aut.vt li-
ceat mat.τ auie.in prin.in ver.participium.dicit qð non: tamen
alias cum dispositio valeat q2 per hoc filius nõ grauatur, imo
eius cõditio sit melior, arg.l.filijs matrem.C.de inoffic.testa. Sz
tex.tam in rubro quam in nigro innuit expresse contrarium, qua
re sic dicemus, Aut mater instituit filium sub tali conditione ne
fili⁹ sit heres, τ valet in legitima, nec filius erit heres, nisi pater
renunciet iuri vsusfructus, vel eum emancipet, d.l.filijs matrem.
τ ita intelligo gloss. Aut institutio est pura, sed per modum mo
di fiet adiectio, ne patri acquiratur vsusfructus, τ tunc filio adeũ
te pater habebit in legitima vsumfructum, in qua testator non
potuit aliquod grauamen imponere. Non enim potest facere vt
leges non habeant locum in suo testamento, ita intelligo text.
in d.auth. Octauo quero quid si pater dilapidet bona filij? Dic
vt dixi in repetitio.l.si constante.ff.soluto matrimonio.

Tertio principaliter est videndũ quãdo ipse pater cõcedit

15 filio. †Et primo quero quid si pater emit filio libros[h], an teneaƭ
h conferre. Glo.in verb.comprobatus.in l.que pater filio.ff.famil.
ercis.τ C.fami.ercis.l.filie.tangit, τ ibi videtur tenere quod non,
arg.illius legis Ros. disputauit contrarium secundum multas
rationes que sunt.C.de collat.auth.ex testamento.scilicet quod
simplex donatio venit in collationem. Uber.de Bobio dicit, ꝙ
de iure videtur dicendum quod non conferat cum fratribus.
Nam si pater donasset filio multos equos, τ multa arma, nõ cõ-
ferret fratribus tanquam castrensia, vt ff.de collatio. bonorum.
l.j.§.nec castrense.eadem ratione si donat aduocato, erit quasi
castrense, vt C.de aduoca.diuer.iud.l.fori tui.in gloss.in verb.ca-
strẽse τ nõ minus militat τc.l.aduocati.eo.tit. Idem videtur te-
nere Dy.in d.c.nec castrense.idẽ tenet Cy. C.de coll.l.filie. Mi-
hi autem videtur sic distinguendum. Aut pater emit solum no-
mine filij, nec filio tradidit, nec aliquid expressit se donare filio, τ
tunc dicte res sunt proprie patris, vt C.de castrensi pecul.l.ij.in
princip.traditio enim requiritur. vt videatur donare. C.si quis
alteri vel sibi.l.ij. Aut emit nomine filij, τ tradidit sibi, vel se do-
nare expressit illos libros, τ tunc aut filius erat iam aduocatus
vel doctor, aut erat scholaris in studio. Primo casu erit quasi
castrense, arg.d.l.j.secundo responso.C.de castren.pecul.τ ff.eo.
l.castrense.τ supra dictum est, τ ideo nec pater poterit reuocare
iam data, nec fratribus debent conferri, dicto §.nec castrense.τ
C.famil.erciscund.l.si filiusfamilias. Secundo casu, quando erat
Scholaris, tunc aut compleuit studium suum ante mortem pa-
tris, τ tunc incipit quasi militare, τ efficiuntur quasi castrensis
peculij, τ confirmatur donatio.C.de donatio.l.siue emancipati.
τ ff.eodem.l.donationes.§.pater. Aut pater mortuus est ante-
quam per se studium compleret, τ quasi militiam adipisceretur,
τ tunc non potest dici quasi castrense peculium, quia persone cõ
ditio hoc non patitur, vt dictum est in prima questione in prin.
licet enim reperias concessum aduocatis, τ Doctoribus vt pos-
sint habere quasi castrense peculium non tamen reperitur con-
cessum Scholaribus nec debent gaudere eodẽ priuilegio quo
Magistri, vt C.de studijs lib.vrb. Rome.l.vnic.lib.xj.facit ꝙ
not.C.de iurisdictio.omni.iudi.l.fina.τ ideo tunc est, distinguen
dum sicut in alia simplici donatione, aut erat emancipatus tem
pore donationis, libris non adeptis, aut postea fuit emanci-
patus, τ confirmatur donatio, τ dicta l. siue emancipat.s.τ
dicto. §. pater. ita quod non posset eam reuocare. sed tamen
hoc esset conferendum fratribus, vt no. per Cynum in authẽti-
ca, ex testamento. C.de collatio.tamen hoc casu speciali fauore
studentium cessauit collatio, l. que pater. ff.familie erciscund.
Aut non fuit emancipatus. τ tunc fuit confirmata morte, nec
venit conferenda, l.filie.C. famil. erciscunde. secundum opinio-
nem approbatam in dicta authentica, ex testamento. C. de col-
latio.τ istam distinctionem de filio addiscente, τ aduocato facit
Jacobus de Beluis.in quadam sua disputatione quã ponit.C.
de inofficioso.testamen.l.prima.in fin.in solu.cõtrar.§.ornatri-
16 cibus.in l.legatis.ff.de legatis secundo.cogitabitis. ¶ †Se-
cundo quero quid si pater dedit filio pecuniam in studio, vtrum
sibi imputetur a fratribus tempore diuisionis? dices tu, quod
non, dicta l.que pater.ff.famil.erciscund.sed puto illam l.debere

intelligi, quando apud patrem non erat aliquid quod esset filij:
sed si apud patrem esset aliquid castrēse, vel quasi, vel etiam ad-
uentitium, puta bona materna consistentia in pecunia, tunc in
dubio debet intelligi esse pecuniam ipsius filij, seu sibi debitā,
vt ff. de neg. gest. l. Mesennius: Preterea pater est legitimus ad-
ministrator, ⁊ ideo presumitur in dubio facere administratorio
nomine. l. cum pater. §. j. de administr. tuto. ⁊ l. post mortem. quā
do ex fac. tut. ⁊ ibi not. Nec obst. C. de dot. promis. l. fin. quia illud
in dote ⁊ donatione propter nupt. quod pertinebat ad officium
paternum, propter quod poterat pater cogi. l. qui liberos. ff. de
ritu nupt. sed ad istas expēsas non poterat cogi pater, ⁊ ideo in
dubio presumitur in bonis filij. ad hanc responsionē facit quod
17 not. in d. l. fin. quod tene menti. ¶ Tertio quero, pater † incepit
pro filio expēdere in studio, vtrū patre mortuo, debeat studium
i perficere de communi, inuitis fratribus i: Et videtur quod sic,
quia munera cepta debent perfici de cōmuni; licet noua inchoa
ri non possint, vt l. si filia. §. idem scribit. ff. fami. ercisc. ⁊ quod no.
per gl. in verb. iniungentur. in l. ⁊ qui originem. §. fin. ff. de mun.
⁊ bono. l. j. §. sed ante. de collat. bonor. ⁊ ibi videtur tenere Dyn. ⁊
ad municip. l. Lucius. §. idem respōdit. ⁊ ibi etiam per Dyn. fa-
cit quod heres mandatarij socij, ⁊ tutor tenetur expedire nego
tia cepta. vt ff. pro soc. l. heres socij. ⁊ C. de here. tuto. l. j. ⁊ de his
qui notan. infam. l. furti. §. j. Sed contrarium puto verum, salua
reuerentia do. Dyn. nam factum patris erga filium initiatum
eatenus obligat quatenus de necessitate erat strictus vel obli-
gatus. hoc probatur ff. de munerib. ⁊ bono. l. ⁊ si filium. cōiuncta
l. honores. §. ad decurionatū filij. ff. de decurionib. Decuriona-
tus est initiū ad alias dignitates, vt d. §. si is qui. ⁊ tamen si pa-
ter assentit decurionatui, successores non tenentur de alijs mu-
neribus post mortem. Ita in proposito licet pater consenserit fi
lio in initio studij, tamen quia pater non tenebatur de necessita-
te prosequi, non tenētur heredes patris. hoc probatur expresse
in d. l. si filia nupta. §. idem scribit. nam eatenus heres tenetur,
quatenus iam pater erat obligatus, sed hic pater non poterat
cogi ad persecutionem studij. ergo, ⁊c. cum eiusdem conditionis
sit heres, cuius defunctus, vt l. heredem. ff. de reg. iur. Preterea,
aut dices fratres teneri virtute obligationis in eos transfuse, ⁊
hoc est falsum, vt s. dictum est: aut vigore cuiusdam donationis
cōfirmate morte, que habet vim relicti. ⁊ hoc non potest cū pro
futuro tempore nulla facta sit traditio. l. Papinianus. ff. de do-
18 nationib. inter virum ⁊ vxorem. Fateor tamen quod si aliquod
debitum esset contractum occasione studij in vita patris, dū ta-
men honeste ⁊ licite quod fratres tenētur soluere de communi,
per iura supra allegata est e[t] im es alienum patris. l. sed Julia-
nus. §. penult. ⁊ ibi not in gl. in verb. solebat. ff. ad Maced. ⁊ C.
19 eod. titul. l. Macedōniani. Sed pro † solutione contrarij dic,
quandoque pater aliquid pro filio incipit, vel filio incipienti cō-
sentit, ex quo ⁊ propter quod ad totius actus cōsumptionem, ⁊
pro toto tempore pater erat obligatus, ⁊ tunc onus trāsit in he
redes. l. si filia nupta. §. idem scribit. ff. famil. erciscun. ⁊ d. l. heres
socij. cum simil. quandoque consentit filio incipienti, seu incipit
ipse aliquid propter quod obligatur ad totum, ⁊ tunc eatenus
transit obligatio in herede, quatenus ipse defunctus teneba-
tur. d. l. etsi filium. de munerib. ⁊ honorib. ⁊ hic est casus questio-
20 nis nostre. † Deinde quero, pone quod pater filio accipienti
k vxorem fecit expensas in nuptijs k, tempore diuisionis, frater
vult quod panni ⁊ alia ornamēta veniant in diuisione, quid iu-
ris. Circa primum de expensis in nuptijs dico quod aliter fra-
ter debet facere de suo proprio, de communi nisi pater aliter ca
uerit in testando. ff. de munerib. ⁊ honorib. l. iij. §. fin. ⁊ ibi gloss.
in verb. iniungentur, tangit istam questionem. Circa secundum
21 † de vestibus, ⁊ alijs ornamentis vxoris fratris, vtrum veniant
in diuisionem ⁊ collationem: Doct. dicunt, aut querimus de vē
stibus nubilibus, ⁊ alijs necessarijs ad vsum quotidianum, ⁊ ille
non sunt conferende, sed sunt proprie mulieris, ⁊ ab initio fuit
donatio inter socerū ⁊ nurum. ex annuo. in princi. ff. de donat.
inter vtrum ⁊ vxo. ⁊ ad leg. Falcid. l. si vsufructus. §. fin. cum sua
gl. ⁊ de pecul. l. peculium nascitur, aut de vestibus, ⁊ alijs orna-
mentis pretiosis, ⁊ festiuis, ⁊ taliaqualia sunt, veniant in colla-
tionem: remanserunt enim soceri, vt l. mortis causa. §. fina. ff. de
donat. inter virum ⁊ vxorem. ⁊ de pecul. l. id vestimētum. vbi vi-
detur probari dicta distinctio, nec potest dici quod morte soceri
predicta donatio fuerit confirmata: quia non fuerint res dona-
te ad vsum tradite. d. l. mortis causa. in fi. Preterea, posito quod
fuerunt donate morte soceri, constante matrimonio, non confir-
marentur. l. cum hic status. §. oratio non solum. ⁊ §. sequen. ff. de
donationib. inter virum ⁊ vxo. facit ad predicta l. fina. in princ.
22 ff. solut. matrimo. ⁊ ibi consuetum est dici per Docto. † Deinde
quero, pater expendit in rebus filijs de aduentitijs, in quibus
habebat vsumfructum nunquid fratres poterūt imputare ho c
tempore diuisionis: Et videtur quod sic. l. sed cūm fructuarius.
ff. de vsufruct. ⁊ quod dicitur de viro in l. vnica. §. sed nec ob im-
pensas. de rei vxor. actio. respond. sic. Aut fuerunt expense neces-
sarie ⁊ ille non possunt imputari: quia pater habebat necesse fa-
cere. l. j. C. de bon. mater. ⁊ l. cum nō solum. §. vbi autem C. de bo
nis que libe. Aut loquimur de impensis vtilibus ⁊ quidē tunc
si pater fecit, vel impendit animo repetendi ⁊ hoc constat, hoc
casu filio imputetur, argumen. d. l. sed cum. de vsufruct. secun
dum iura hodierna, secundum que in aduentitijs inter patrem
⁊ filium potest consistere ciuilis obligatio etiam ex ipso contra
ctu. d. l. cum non solum. § fin. ⁊ C. ad Trebell. l. iubemus. Aut du
bitatur quo animo fecerit ⁊ tunc aut impense sunt vsque ad fru
ctuum quantitatem. Et videtur pater ei donare, nec sibi impu
tabitur, vt eadem l. cum non solum. §. fin. autem es alienū expē
dendo enim in re filij videtur apud eum dimittere. Aut excedit
fructuum quantitatem, ⁊ non videtur donare ei in dubio, sed ha
bere animum repetendi: nisi in causa alimentorū, ⁊ simili expē
disset. l. alimenta. C. de negot. gest. nisi modicitas impēse faceret
presumi donationem vt ff. de impēsis. l. omnino. ⁊ de donatiō.
inter vir ⁊ vxorem. l. vtrum. aut faciat impensas voluptuarias, ⁊
tunc in casibus in quibus vtiles non repetuntur, nec voluptua
rie, alias autem abrasio permitteretur sine lesione prioris stat[us],
vt l. in fundo. de rei vendicat. ⁊ d. §. sed nec ob impensas. Nec ob
stat, quod dicitur de fructuario ⁊ de viro faciēte necessarias im
pensas: quia vir habet dotem propter onera matrimonij, ideo
non debet grauari alio onere impensarum, vsufructuarius sim
plex habet ex alia causa, vt quia ex contractu vel quasi. pater ve
ro habet ex dispositione legis, cum hac conditione quod susti
23 neat onera. ¶ † Deinde quero, quid si pater dedit filio pecuniā
aut res, an ipsa veniant communicanda: Dic aut dedit sibi vt
habeat in peculio profectitio, ⁊ communicat. l. cetere. ff. famil. er
ciscun. ⁊ C. de collatio. l. si donatione. ij. respon. Aut dedit animo
donandi, ⁊ tunc aut precesserūt merita filij ⁊ sic donauit filio vt
extraneo propter merita. ⁊ hic sunt opin. glo. in verb. postulas.
in d. l. si donatione. tenet quod ab initio talis donatio nō valet
sed morte confirmaretur. alia glo. in authent. vnde si parens. C.
de inoffic. testamen. in verb. Falcidie tenet quod statim valet. ⁊
filio queritur, sicut alia aduentitia. Et hāc puto veriorem: quia
hoc videtur filius suis laborib[us] quesiuisse propter seruitia, que
patri fecit quasi extraneo cuicunque fecisset, illud habuisset, sic
est aduētitium. l. cum oportet. circa princip. C. de bon. que lib. ⁊
hoc tenebat Jacob. But. Aut donauit sibi vt filio, non propter
merita precedentia, ⁊ tunc est simplex donatio, que vtrū veniat
conferēda, dic vt in auth. ex testamento. C. de collat. aut dubita
tur quo animo dederit, ⁊ tunc aut pater emit nomine filij ⁊ sic si
bi tradidit, ⁊ his duobus casibus presumitur animo donādi, vt
l. filie. ff. famil. erciscun. ⁊ l. ij. si quis alte, vel sibi. dixi supra in ij.
quest. principa. ⁊ si precesserint merita, presumitur vt extraneo,
alias vt filio, vt not. in d. l. si donatione. Aut tradidit tantum,
non autē suo nomine emit, ⁊ in dubio videtur dare vt habeat in
peculio, vt l. quod fructuarius. in princip. ff. de acquiren. rerum
domin. nisi alia essent indicia, ex quibus esset taliter presumen
dum, vt quia tradidit filio eunti in castra. l. j. resp. ij. C. de castr.
pecul. lib. xij. Aut nomine filij tantum emit, ⁊ non tradidit
quia non videtur donare, sed in peculium profectitium
24 re. l. fina. ff. de pecul. lega. † Deinde quero, quid si pater fi-
l lium stipulari ab aliquo debitore suo, an pater videatur facere
hoc animo donandi, vel videatur vti solū ministerio filij
non videatur donare, facit l. si pater in princip. ff. de donatio.
In contrarium facit d. l. fin. ff. de peculio legato. ⁊ C. de castren.
peculio. l. j. Solut. Aut pater nomine filij stipulatur, vel emit ⁊
loquitur d. l. fina. de pec. lega. quia tūc nullus actus traditionis
interuenit in filio, argumē. l. Papinianus. de donationib. inter
virum ⁊ vxorem. Aut pater fecit ipsum filium stipulari, vel eme
re, ⁊ tunc dicit Oldr. quod inspiciendus est numerus liberorum
⁊ quantitas patrimonij patris, ⁊ quantitas quam filius stipula
tus est, vel alius nomine suo contraxit, vtrum sit parua vel ma
gna, vt sic, his inspectis, videatur donare velle vel non. argum.
ff. de legat. iij. l. si filio. de fundo instructo. l. quesitum. §. sed ⁊ ipse
Papinianus. ⁊ de donat. inter virum ⁊ vxorem. l. vtrum. ⁊ Bal.
de Are. in d. l. si pater. de dona. ⁊c.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Iste tractatus. Adde quod Barto. composuit istum
tractatum, ⁊ morte preuentus non compleuit, ideo do. Bal. cō
pleuit ex dictis per ipsum ⁊ alios doct. in l. si patruus. C. cōmu.
vtr. iud. ⁊ in l. filio. C. famil. ercisc. qui est impressus post istū trac.
Bart. ⁊ sic perfecit istum tract. quamuis in impressionibus nō
sit perfectus totus tract. Bald. vt infra videbitur.

Ber.Land.¶ Lucratur. Vide Roma.consi.cccclxvij.

b Lbo.Dip.¶ Secundo quero. Vide plene de ista materia per
c Aler.in l.si.heres.in princ.ff.ad leg.Falc.

¶ Quarto quero. Pro cõcor. Aduerte quod officialis, seu thesaurarius quando aliquid acquirit, an intelligatur acquirere de bonis suis, an de bonis eius cuius officium gerit, ⁊ Bar.repre
d hendendo glos. ibidẽ in l.defensionis facultas. C.de iure fisci. lib.x. tenuit quod presumatur acquirere de suis. Contrarius tamen allegatur in hoc tracta.de duob.fratrib.versic.quero quid. Sol.potest accommodari secundum Bald.in c.j.de controuer. inter domi.⁊ vasal.in vsibus feud.quem alleg.do.Aler in addi. ad Bartol.in d l. defensionis facultas.in fin.scilicet, qõ prima opin.loquatur post redditionem rationis. Secunda vero opin: ante redditionẽ rationis, sed Bar.proprie non loquitur in thesaurario fisci in hoc tractatu. licet possit comprehendi sub verbis suis generalibus.⁊ ideo de directo non posset argui contrarius. Adde ad Bal.in l.si defunctus. C.arbit tute.in l.quisquis. C.fi cert.pet.⁊ adea que addit do.Aler. post Barto. de vxore, vidua concubina, de filio famil.⁊ de rectoribus in l.⁊ si instrumenta. C.de fid.instr.⁊ iur.bast.fisc.lib x.alleg.Junoc.in c.cum ex officiis.de testam.Alber.in l.etiam.C.de don.inter vir.⁊ vxo.Ang.consil.cxli.Vide plene per do.Barto.Socin.in consil. cclx.in j.vol.incip.materia presens.

e B.L.¶ Vxor. Vide Ang.consil.cxli.

f Th.D.¶ Quinto quero. Vide Ludo.Roma.in consil.cccevj. ⁊ Bar.in l.dotem. ff.de castren.pecul.⁊ ibi Aler. in addit.⁊ ibi apost.neam. Et vide Andr.Barb.in consil.xxxvij.in j. vol.in ci.scribitur Sapi.⁊ vide Bar.in l.si cum dotem. §. transgredi
g mur in vlti.questio.ff.sol.matrimo.⁊ ibi Aler.an.⁊ in l.j.§.nec castrense.ff.de collat.bonor.⁊ Bal.in l.certum.C.famil.ercisc.⁊ in authent.ex testamento.C.de collatio.

¶ Usufructus. Vide Aler. de Imo.l. filiꝰ matrem.an addit. ad Bartol.C.de inoffic.testamen.

b B.L.¶ Libros. Vide Bal.in cons.ccxiij.j.li.⁊ ibi an fratres, mortuo patre, debeant manuteneri in studio.

i T.D.¶ Quintis fratribus. Bal.in tractat. qui supponitur de duob.fratrib.simul habit.nu. 19. tenet contrariam opinionem, quam iste hic dixit in apostil.ad Dyn. in l. Lucius Titius. in versicu.vt de communi.ff.ad municip.⁊ in addit.ad istum.in l j. §.nec castrense. in fin. in versic. nec tenebuntur heredes. ff. de collat.bonor.⁊ in addit.ad Bal.in l.filie cuius nume.12.in versicu.ad municipia ff.de collatio.

k B.L.¶ Quintis. Vide Roma.consil.clxxj.

l T.D.¶ Deinde quero. vide Bartol.in l.fin.ff.de pecul.leg.⁊ ibi Aleran.in addit.que ponit plura ad materiam.

¶ Explicit Tractatus de duobus fratribus inuicem habitantibus, expositus per do.Bart.

Tractatus do. Bald. de PERVSIO, DE DVObus fratribus simul habitantibus.

ADDITIO.

a Th.Dip.¶ Tractatus do.Bal. Vide que scripsi ꝫ in trac.de duobus frat.⁊ istud principium. videlicet, Et primo queritur, pater emit libros. vsq; ad §. Primo quero quid si filius.nõ fuit impressum, sed modo imprimitur. ⁊ instum tractatum ⁊ perfectum inueni in vij.vol.consiliorum.in studio excellentiss. Doct. Jaco.de monte Sperello de Perusio.

Primo queritur, Pater emit libros filio studenti, deinde decedit pluribus relictis filijs. Queritur, an hic filius debeat habere illos libros precipuos, an debeat conferre fratribus? Blo.in verb.res comparauit in l.filie C.fa.erci. dicit quod debet habere precipuos. Et hoc videtur probare duabus rationibus. Prima quia omnimodo pro filio videt hoc tacite velle,⁊ quasi vltimum iudiciũ conferre in eũ, d.l.filie. Secũdo quod hic videtur operari fauor studiorum. ff.fa.ercis.l. que pater. Tertio videt hic operari ratio, qz ob causam studiorũ pater emit,⁊ illa causa nõ sit finita, ergo coheredes, ab eo nõ possunt amouere, seu auocare libros. ff.famil.erciscũ. l.si filia nupta.§.si filiusfamilias. Quarto qz pater hꝫ necesse emere libros pro filio, ex quo eũ misit ad scholas, vt no.C.ad Macedonianũ. Quinto qz sicut arma que dant militi, sunt precipua eius. C.famil.erciscun.l.si filius. sic ⁊ libri qui dantur studẽti. In contrarium videtur quod ij libri empti sint patris, sicut reliqua empta per patrem. ergo pertinent ad omnes heredes pro hereditaria portione. ff.famil.erciscũ. l. cetere. Preterea debet filius legitimam,⁊ partem suam computare, sicut computat militiam sibi emptam a patre. C.de inofficio.testamẽ.l. omnimodo.§. fin. posito quod ista esset donatio. nõ est donatio simpliciter. sed ob causam affectione meritam. Et ideo imputatur in partem huius filij, sicut donatio propter nuptias. C.de inofficio.testamen. l.quoniam nouella. Non obstat l.ex parte.§ filius. ff.famil. erciscund. quia intelligitur in sumptibus studio consumptis, vt est victus,⁊ vestitus. secus in libris, qui extãt. cũ quales sunt, tales debent sibi imputare, vel conferre secundum Bulielmum. primam opinionem tenet Dyn. ff. de collatio. bonorum. l. prima. §. nec castrense. de hoc no. Ly. C. de colla. l. pactum qõ dotali. versicu. sed nunquid tenetur. sed Bart. docit, aut pater solum emit nomine filij nec tradidit, nec expressit se donare filio, ⁊ tũc dicti libri sunt propriꝫ patris, vt l.j. C. de castren. pecul. lib. xij. requiritur enim traditio. vt videatur donare. C. si quis alteri vel sibi. l. ij. Aut emit nomine filij,⁊ tradidit sibi, vel se donare expressit,⁊ tũc aut filius aduocatus est, vel Doctor, aut Scholaris primo casu. dicitur quasi castren. quia Doctor vel aduocatus dicitur militare. C. de aduo. diuer. iudi. l. fori. ⁊ l. aduocati. ideo non conferuntur. vt d. §. neque castrense. ⁊ C. famil. erciscun. l. si filius. Secũdo casu, aut compleuit studiũ in vita patris ⁊ sic incipit quasi militare,⁊ efficitur quasi castrense,⁊ confirmatur illa donatio. ff. de donatio. l. donatio. §. patri. ⁊ C. de donatio. l. emancipati. Aut pater decessit antequam filius studium compleret, ⁊ militiam adimpleret,⁊ tunc non potest dici quasi castrense, qz conditio persone non patitur, quia non reperitur in iure quod Scholaris dicatur militare, sed tantum magistri. C. de fun. limi. l. ij. lib. x. facit quod not. C. de iurisdictio. om. iudic. l. fin,⁊ ideo tunc debet distingui, sicut, sit in alia simplici donatione. quia aut erat emancipatus, aut postea emancipauit libris non ademptis,⁊ non debet conferre. quia confirmata est donatio:⁊ pater non potest reuocare. dicta l. emancipati,⁊ §. si pater. etiam nisi alia simplex donatio esset conferenda. quod not. Ly. C. de collatio. authentica, ex testamento. hoc casu tamen fauore studij cessabit collatio. dicta l. que pater. Aut non fuit emancipatus ⁊ tunc si talis donatio fuit morte confirmata, nõ debet conferri, vt hic, scilicet simpliciter reuocatur, tunc debet conferri secundum Bartol. sed Oldrad. dicit quod in dubio pater videtur donare an autem vsum tantum sit donatum debemus recurrere ad coniecturas que possunt percipi pro numero liberorum ⁊ facultatum patris argumento de legatis tertio. l. si filie. vbi per Old. ⁊ de fund. instruc. l. quesitum. § Papinianus. de dona. inter virum ⁊ vxorem. l. vtrum negotium. Aut constat de donatione,⁊ tunc si filius erat emancipatus, statim valet donatio, aut postea emancipatur,⁊ confirmatur emancipatio:⁊ tunc aut est Doctor, vel aduocatus viuo patre,⁊ cõfirmatur quasi transit in speciem quasi castrensis peculij aut pater primo decedit quam hoc contingat ⁊ confirmatur donatio morte patris, nisi fuerit reuocata, d. l. si. ⁊ omnibus istis casib⁹ iste studẽs habet libros precipuos fauore studiorum. Sed si non constat de donatione licet cõstet de receptione,⁊ assignatione. videtur tunc esse recurrendum ad distinctionem Oldraid:⁊ secundum eum videtur limitanda dicta l. filie. Nam in parua expensa presumitur donatio. sed in magna que forte maiorem partem patrimonij eximit: quia forte habet multos alios filios, non presumitur donatio.⁊ hec opinio videtur mihi multum equa. Secundo quero, pater misit filium ad studium,⁊ decessit, an debeat filius perficere studium communibus sumptibus, an propriꝫ? Et videtur quod communibus: quia munera cepta debent perfici de cõmunibus, licet noua nõ possint inchoari supra fam. ercis. l. si filia. §. idem scribit. ⁊ no. glo. de muneribus ⁊ honoribus. l. ⁊ qui originem. §. fin. de collatiõe bonorum. l. prima. §. sed an. Et ibi videtur hoc tenere Dyn.⁊ ad municipalem. l. Lucius Titius. §. idem respondit. ⁊ ibi per dominum Franciscum: quia heres mandatarij, tutoris, ⁊ socij tenentur expedire negotia cepta. ff. pro socio. l. heres socij. ⁊ negotijs gestis. l. nam, ⁊ socius. §. si viuo. Contrarium determinat Bartol.⁊ reprehendit Dynum. Nam factum patris erga filium inceptũ eatenus obligat patris heredem, quatenus ipse pater erat de necessitate obligatus, probatur ff.

de muneribus ⁊ honoribus.l.filium,coniuncta l.honores. §.is qui.de decur. hoc modo decurionatus est principium ad alios honores siue dignitates.ꝺ. §.is qui.⁊ tunc si pater consensit decurionatui successores nō tenētur de alīs muneribus post mortem,sic in proposito licet pater consentiat in principio studiī,tamen postea nō tenebatur necessario prosequi.ergo nec eius heredes. Preterea,hoc probatur expresse in dicta l. si filia.§. idem scribit. Tam eatenus heres tenetur,quatenus pater erat obligatus,sed hic pater non poterat cogi ad prosequendum studiū: ergo nec eius heres cum eadem cōditione sit heres,cuius erat defunctus,vt ff. de regulis iuris.l. heredem. Preterea aut dices fratres teneri vigore obligationis,in eos transfuse,⁊ hoc est falsum. vt dictum est supra, aut vigore cuiusdam quasi donationis,considerato quod habet vim relicti. Et hoc non potest esse,cum pro futuro tempore nulla sit perfecta traditio. vt ff. de donationib.inter virum ⁊ vxorem.l. Papinianus.fatetur tamen do. Bar quod si debitum occasione studiī esset factum in vita patris. dum tamen esset honestum ⁊ licitum quod fratres tenentur soluere per iura superius allegata.⁊ sic intelligitur ff. ad Macedonianum.l.sed ⁊ Julianus.§.quod dicitur.⁊ dicta l. Macedoniani.⁊ distinguendo,sic concludit. Aliquando pater aliquid incipit pro filio, seu filio incipiente consentit,propter quod obligetur ad consumendum totum actum,⁊ tunc tale onus transit ad heredem.l. heres socij. §. idem scribit.ff. pro soc. preallegata. Aliquando consentit filio incipiente seu ipse incipit aliquid.propter quod non obligatur ad totum,⁊ tunc eatenus transit obligatio ad heredem. quatenus ipse defunctus tenebatur.vt dicta.l.si filius,⁊ iste est casus questionis nostre, secundum Bartol.in suo tracta.quod not. Concludo ergo, quod si vult perficere studium,expendat de parte sua, nō ꝺ parte fratrum:quia ex operis initio non est contracta obligatio pro toto tempore.secundum eum. Quod ego concedo. scilicet quod non sit contracta obligatio pro toto tempore,⁊ hoc dicit Bynus. sed hoc verum officio iudicis cōtinetur:quia medium,⁊ finem habet quodammodo probabilem.⁊ quodammodo necessariam cōsequentiam ad principium. Unde sicut ipse pater cogitur alere filium in studio,⁊ emere sibi libros, ex quo misit eum ad studium.vt not.in dicta l. Macedoniani. Ita breuiter.quod necessitas post mortem patris transmittitur ad heredes. Non dico, quod heredes patris tenentur donare libros:quia nisi pater tenebatur sed quod pater tenebatur emere.⁊ sibi misit ad studiū ⁊ assignare ad vsum facti, retenta sibi proprietate librorum pro hereditaria parte;⁊ hoc si studens est ita pauper quod de sua parte non potest habere sumptus studiī. si enim ex propriis reditibus haberet vnde studeret, fratres etiā indiuisam substantiam possidentes nihil tenentur conferre de proprio, argumen. ff. de petit.hereditat.l.fin. Finaliter tamen puto,quod opinio bar. sit verior de iure, quam opinio Byn. quia nec tempus studiī, nec eius sumptus limitatur necessariō,⁊ certū a iure,⁊ ideo non possumus eam mereri in vita patris. Et licet opinio Byn. esset necessaria in sumptibus studiī. tamen si iste, peracto studio, intendit doctorari,quia est nouus actus,⁊ de necessitate studiī nō inferturiste qui vult doctorari tanquam aggrediens nouum actum debet doctorari propriis sumptibus, argu. ff. de legat.iij. l.legatj seruis.§.si ex officio. Tertio quero si pater fecit sumptus in nuptijs pro filio capiente vxorē, ⁊ mortuo patre, alter frater vult quod pecunia expensa.⁊ alia ornamenta veniant in diuisionem.vel quod frater pro quo isti sumptus sunt facti, imputet in propriam partem,queritur quid iuris: Respōd quod licet pater expenderat in nuptijs filij.quatenus ista expensa cōsumpta est non debet filio imputari: ⁊ si alter frater vellet dicere.ego volo ducere vxorem,⁊ tantundem expendere de cōmuni, non auditur:quia pater nō expendit de communi patrimonio liberorum sed de suo proprio,in quo filij nondum habebant aliquod ius.⁊ hoc est verum.nisi pater aliter caverit in testamento.ff. de muneribus ⁊ honoribus.l.iij.§.fina.Sed circa vestes ⁊ alia ornamenta vxoris,an veniant. dic aut loquimur de vestibus quotidianis,⁊ necessarijs ad vsum quotidianum.⁊ non sunt cōferende.⁊ sunt proprie mulieris.⁊ a principio tenuit donatio inter socerum,⁊ nurum, vt ff. de donationibus inter virum ⁊ vxorem.l.ex annuo.⁊ ff. ad leg. Falcid. §. dos legata.in fin. cum sua glossa.Aut loquimur de vestibus.⁊ alijs ornamentis pretiosis ⁊ festiuis.⁊ illa qualia nunc sunt,sunt conferenda nam remanserunt.ff. de donationibus inter virum ⁊ vxorem.l.mortis sue causa.§.fina.⁊ probatur hec distinctio ff. de pecul.l. id vestimentum. Nec potest dici,quod donatio morte soceri sit confirmata: quia non fuerunt res donate, sed ad vsum tradite, vt dicta l. mortis sue causa in fin. Preterea posito quod fuisset donatio, non confirmatur morte soceri constante matrimonio inter virum ⁊ vxorem siue filium.ff. de donationibus inter virum ⁊ vxorem.l.cum hic status. §.ratio. ⁊ §.sequenti. facit ad predicta ff. soluto matrimo.l.penult.secundum Bartol.⁊ ff. commoda.l.si vt certo.§. interdum.plene dixi in dicta l.penult.§.i. Quarto quero,pater expendit in rebus aduentitijs filij.modo filius tempore diuisionis habet res precipuas. queritur quid iuris de sumptibus,an fratres possint eas ei imputare tempore diui onis. Respondeo secundum Bartolum, an fuerunt sumptus necessarij quos pater habebat necesse facere.⁊ tunc pater nō potest repetere nec heredes eius possunt imputare.C.de bonis matern.l. ⁊ C.de bonis que lib.l.fina.§.vbi autem. Aut non erant necessarij patri,sed permissa, vt quia in re filij plantauit vineam, vel domum edificauit, vel fecit alios sumptus,⁊ tunc aut ad perpetuam vtilitatem,⁊ habetur ratio huius sumptus quia ratione aduentitiorum inter patrem,⁊ filium, potest consistere ciuilis obligatio,etiam ex quasi contractu.vt dicta l.fina.⁊ C. ad Trebellianum.l.iubemus.Et hoc si pater fecit illud animo repetendi: secus si non ex animo repetendi nolens filium sibi obligare,argumen.ff. de condict.indeb.l. si in area.⁊ ff. communi dividundo.l. in hoc iure. circa medium. Sed si dubitatur quo animo fecit, tunc dicit ipse quod paruos sumptus dicitur facere animo donandi,argumē.ff. de donationibus inter virum ⁊ vxorem.l.si seruus communis. Sed in magnis, aut sunt in quantitate fructuum,⁊ tunc videtur ei donare, argumen.ꝺ.l.fina.§.fi autem es alienum. Nam expendere in re filij videtur apud eum dimittere. Aut sunt vltra fructuum quantitatem,⁊ non videtur donare,⁊ in dubio videtur habere animum repetēdi nisi in causa alimentorum,vel simili expendisset. C. de negotijs gest.l.alimenta. Sed si non sunt ad perpetuam vtilitatem, sed ad fructuum vtilitatem,hic nulla patri,vel heredi eius competit repetitio: quia onera pertinent ad eum. ⁊ idem in eo quod expendit pro dotibus,⁊ collectis; cum habet vsumfructum.ff. de vsufruct.l.si pendentes.§. si quid ⁊ ff. de impensis.l. neque stipendium. Quinto quero, quid si pater fecit filium stipulari ab aliquo suo debitore,an videtur hoc facere animo donādi,an videtur vti filij ministerio: ⁊ quod videatur donare.facit ff. de donationib.l.si pater.in princip.⁊ l.certi condictio, ff. de rebus credit. In contrarium facit ff. de pecul.l.fin ⁊ C. de collatione pecul.l.j.lib.xij. Solut. Oldrad.⁊ Bartol inspici debet numerus liberorū ⁊ quantitas patrimonij patris.⁊ quantitas quam filius stipulatus est,vel alias contraxit:⁊ quia aut est parua vel magna:⁊ his inspectis videtur donare.vel non. argumen.ff. de legat.iij.l.si filie.cum similibus. Et idem tenet Jacob. de Arc. in dicta l.si pater. Non obstat l.fina. de pecul. vel quia ibi nullus interuenit actus.iij. vel traditionis in filium: sed hic interuenit obligatio a filio contracta.que in turibus pro quasi traditione habetur,vt not.C. de dote cau.non nu.l.secund. Sed ego puto vt videatur adhibitus filius, vt minister fieri filius in potestate. Sed si emancipatus: quia per eum non queritur patri, videtur adhibitus vt commodum sentiat,⁊ fiet donatarius,vt dicta l.auia.§.fina.⁊ argumen ff. de donationibus inter virum ⁊ vxorem. l. mulier. Sed in dote fauore dotis neutrum neat mulier indotata,nunquam filius presumitur adhibitus ad stipulandum vt donatarius.ff.solut matrimon.l. que dotis. quando mandatum stipulationem precedit:quia mandatum procuratoris:⁊ in dubio est simpler procurator.non in mandatum nec presumitur donatio.ff mandati.l. idemque. §. si tibi. quod not.C. de donationibus inter virum ⁊ vxorem.l. fina. per Ly.C. de iur.dot.l.ij.⁊ de leg.iij.l.cum quis decedens in ptura.per Byn. Additio. Usque huc do.Bald. in epilogauit aliquas questiones tractatas per do.Bart.in superiori tractatu,hic vero idem Bald.incipit querere.

1 Filius impendens circa personam patris eo viuo non potest a coherede iudicio famil.ercis. An actione negs.gest.a patre dilapidauit:an patre mortuo tanto minus accipere debeat a quod consumpsit in suam partem computare, si instituti sunt heredes ⁊ nu. 34.

3 Pater si obligauit pro filio: an totus solui debeat de parte filij.

4 Pater si dilapidauit, ⁊ consumpsit bona aduentitia filij, an filius a fratribus emendationem recipiat. An aduentitius intret patrem ⁊ filium cadit efficax obligatio.

5 Legatum si fit a matre que prohibuit patri queri vsumfructum an valeat, ⁊ ꝺ. in tract. Bart. nu. 14.

6 Fratrum si vnus cum pecunia communi facit mercantiam ⁊ lucretur quando tale lucrum debeat alijs communicare ⁊ quid de damno. nu. 8. ⁊ 32.

7 Tutor negotians cum pecunia communi pupilli.quando tenetur lucrum communicare pupillo, ⁊ videatur nomine proprio vel communi gerere,⁊ quid de damno. nu. 8.

9 Fratrum duorum simul habitantiũ, si vnus post mortem patris facit debitum, non soluitur de communi, nisi ratione communis vtilitatis fit contractum.

10 Dos recepta per alterum fratrum non restituitur de communi nisi probetur versa in communi.

11 Condemnatio soluta per alterum fratrum non soluitur de communi, nu. 30.

12 Frater debet militare suis sumptibus, non de communi.

13 Frater maritat filiam de proprio, non de communi.

14 Fratres si sint simul, & vnus eorum lucratur & nescitur vnde venit, præsumitur de iure communi lucrari & communicantur.

15 Fratres si sunt socij omnium bonorum, lucra & damna communicari debent.

16 Si vnus ex duobus fratribus socijs omnium bonorum emit galeam & promittit penam, maker qui non emit contrauenit, neque ipsorum incidit in penam.

17 Fratres duo simul stantes an videantur contrahere societatem, & quam.

18 Minor vberiorem pupillo in his que fiunt per actum verbi de verbo loquitur, eius in his que procedunt per actum fieri.

19 Patruus & cultura prouenientes cultatiuata per fratres, quos pupillus habeat duos filios, debent per capita diuidi. & infra, numero 35.

20 Si ex duobus fratribus, vnus dives, qui posuit pecuniam in societate alter pauper, qui posuit operam, & totum perijt, pauper tenetur ad diuidiam pecunie.

21 Fratres simul habitantes si non negotiantur, non præsumuntur socij.

22 Fratres si simul habitant, vel patruus & nepotes & vnus negotiatur, alter non quando præsumantur socij, late supra, nu. 6. & 7

23 Fratres præsumuntur socij quando simul habitant & simul negotiantur.

24 Damnum contingens in persona vnius ex fratribus casu fortuito, an sit commune.

25 Fratres seorsum habitantes si simul negotiantur, præsumuntur socij.

26 Fratres seorsum habitantes, & viuo patre negotiantur, & lucrum communicant, an præsumantur socij.

27 Lucrum proueniens alteri, fratri, vel ex successione vel propter furtum quod non communicatur.

28 Alter ex fratribus si sunt socij, potest capi pro debito alterius si est contractum nomine societatis.

29 Sumptus facti per alterum ex fratribus tam'in eius persona, quam filij vel filie sunt socij omnium bonorum, & fiunt de communi.

30 Condemnatio iniuste facta debet de communi solui, si sunt socij generales, secus si est facta licite: quia de proprio condemnati. supra, nume. 11.

31 Si pater fecit sumptus pro vxore alterius ex filijs, vel soluit condemnationem pro filio, an imputetur in eius partem.

32 Testamenta, anuli, & perle que fecit pater nuru, imputantur in partem filij, pro eo quod nunc valent, non pro eo quod fuerunt empte.

36 Filius expendens lucrum vndecunque prouenies in paterna familia ad non repetit.

37 Frater præsumitur amicabilior sibi quam fratri, cum quo non habitat, & nu. 38.

1 **Primo quero** † Quid si filius impedit se circa personam patris eo viuo, an a coheredes recuperet: Respon. quod sic, quod eo viuo gestum fuit, non venit in iudicio familie erciscunde. l. & pute. §. sed & si. & l. qui heres. §. penult. ff. famil. erciscu. Sed an possit recuperare per actionem negotiorum gestor. dixi de neg. gest. l. filius pro patre. Sed

2 quid si filius non gessit negotia patris, sed viuo patre res patris dilapidauit, & cõsumpsit & surripuit & lusit, & postea decessit pater omnibus filis heredibus institutis, qualiter fratres dicũt quod tanto minus accipiat, & suam partem computet, an possint ad hoc eum cogere: Videtur quod non, quia damnum datum in vita patris non venit in iudicium familie erciscunde. d. l. & puto. §. sed & si. Item pater videtur ei remittere ex cõiunctione personarũ, vt ff. de probationib. l. Procula. Et ideo videtur, quod licet pater nil dixerit in testamento, quod fratres non possint aliquid petere. d. l. omnimodo. C. de inoffic. testam. in fin. l. † In contrariũ videtur, ff. de pact. l. tres fratres. S3 dic secundum Guliel. aut filius iste erat emancipatus, & tunc siue consideretur crimen, siue pena, siue obligatio siue constitutio, omnia ista statim sunt nata, vt ff. de furt. l. si quis vxori. §. i. ideo cum actio fuerit quesita patri, ipso moriente transiuit ad heredem. ff. de pœna. delic. l. i. & ideo ad quemlibet pro hereditaria portione est quesita, C. de hereditaria actio l. si adulta. sed si ille filius erat in potestate, tunc actio non erat nata, sed obligatio naturalis, l. seruum. & hiũ. ff. de furt. & dicit ipse Guliel. qõ cum non fuerat actio nata, sed tantum pater naturaliter obligatur, quod heredibus non subuenitur iure actionis, sed ope exceptionis cõpensationis si forte aliũ percepissent fructus vltra quã deberẽt: & ideo si agit in condictione indebiti, poterũt opponere cõpensationẽ. ff. de cõdictione indebiti. l. frater a fratre. in prin. ff. de compensatio. l. id quod natura. & ff. de neg. gest. l. iũ. §. pupillus. Et intelligo quod veniat in compensatione solum simplũ, nõ duplũ, vel quadruplum, secundum Gabriel. argumento. ff. pro socio. l. si id quod. ff. familie erciscũde. l. damno commisso. Non obstat d. l. tres fratres. quia ibi factum fuit furtum post mortem patris, vt C. familie erciscunde. l. aduersus. de quo per Guliel. in lege, certi

3 turis. eodem titulo. † Sed quid si pater se obligauit pro filio, an totum solui debeat de parte filij: Respondeo, non, sed omnes debent sustinere, dicta l. si filius. §. idem scribit. & §. Rerati. & ff. de muneribus & honoribus. l. iũ. §. finali. secundum Guliel. in dicta l. certi hoc verum si pater suscepit in se obligationem filij, ductus pietate paterna. C. de postli. reu. l. si liberum captum. Sed si ex necessitate dictante statuto pater fuit captus pro filio, dic vt no. C. de decu. super rub. li. & tũc non præsumitur patris liberalitas erga filium, sed præsumitur quedam necessaria gestio negotiorum, argumento d. l. nam & Seruus. in princ. ff. de negot. gest. Nã in necessitatibus nemo liberalis existit. ff. de actim. leg. Item legitam. Ex ista ergo gestione est naturalis obligatio inter patrem & filium que transit ad heredes. Et facit ad predicta ff. de liber. cau. l. igitur. in fin. ratione. & quod no. Doctores de eo qui cogitur soluere condemnationem alterius, vt l. iũ. §. fin. ff. de

4 verb. oblig. & quidam ponunt in l. iũ. §. Cato. eod. tit. † Sed quid si filius habeat bona aduentitia, & pater ea dilapidat, & ea cõsumat, & filius vult ea emendari a fratribus, an possit: Et videtur quod non, quia non cadit inter patrem & filium, etiam ex iusta causa naturalis obligatio, & ideo lex statuit quod tali patri auferatur administratio. non autem interponatur cautio. l. Imperator ff. ad Trebel. & argumen. C. de senten. pas. l. fi. In cõtrariũ videtur, nam inter patrem, & filium cadit efficax obligatio ex causa aduentitia, iuxta not. ff. de fideiu. l. si quis pro eo. §. i. Hic ergo naturalis obligatio transit ad heredem patris saltem in simplum. Si autem pater non habet vsumfructum, quia ille qui legauerat prohibuerat vsumfructum queri patri. C. de bo. que liber. authentica, excipitur. & tũc, quia pater deliquit precise in re aliena, tenetur vt quilibet extraneus: & sic tenetur filio emancipato, vt dixi C. de dol. l. si superstite. Sed si pater habet vsumfructũ rei, tunc debet distingui modus dilapidationis, qui aut cõcernit solos reditus, aut rei perpetuã deteriorationẽ, vel intolerabilem etiã lesionem. Primo casu nõ tenetur pater, qz de eo quod committit circa reditus, non tenetur filio reddere rationem. C. de bo. que liber. l. cum oportet. §. cum autem. quia non tenetur hos fructus filio conseruare. Sed si pater rei substantiam dissipat, tũc tenetur de eo reddere rationem, vt l. fin. §. sed cum tacita. C. de bon. que. liber. quia tenetur secundum istam rationem proprietatem seruare filio illesam, ideo in matre dilapidante bona filij, in quibus habet vsumfructum, distingue eodem iure. C. de secund. nupt. l. hac edictali. §. omnibus. Sed iuxta predicta incidenter queritur, mater reliquit filio legatum. &

5 prohibuit patri queri vsumfructum, an potest hanc legem in legato ponere. Bar. monet hanc questionem in dicto tractatu. & gl. in auth. vt lice. mat. & aute. dicit, quod patri non queritur vsusfructus, cũ dispositio valeat: qz per hoc non grauatur filius. imo eius conditio fit melior. ff. de vulgari & pupillari. l. cum ex filio. & C. de inoffic. testamen. l. filijs matrem. Sed ter. in d. authent. tã in rubro quam in nigro, innuit expresse cõtrarium, quare Bart. dicit, aut est filius institutus sub conditione si pater renunciet vsumfructum, & valeat institutio d. l. filijs matrem. & existente cõditione per patris renunciationem, certum est qõ patri nõ queritur amodo vsusfructus quia pater renunciauit. Aut institutio est pura, sed per modum precepti adijcitur, ne ad patrẽ perueniat vsusfructus, & tunc filio adeunte pater habebit vsumfructum in legato, in quo testator nequiuit talem legem imponere. Nam non potest facere quis quin leges habeant locum in suo testamento. sic intelligit bar. ter. d. auth. Sed dic qõ ista distinctio non est bona quia quod non potest fieri per modum distinctionis, lege prohibente, non potest fieri per modum conditionis. ff. ad legem Falcidiã. l. Seius & Augerius. Item in primo membro non dicit verum quia cum conditio non sit potestatiua, testamentum est nullum ratione preteritionis, vt saltem oportet quod conditio remoueatur de medio, & institutio remaneat pura. C. de inofficioso testamento. l. quoniam in prioribus. Tenet ergo simpliciter gl. qõ licet vsusfructus queratur patri

testatore tacente, ⁊ rem admittente ex improuidentia legis, se-
cus tamen est, si ipse testator prouidet, d. auth. excipitur. Et si
dicas etiam legitime non potest imponere legem. Respōd. ve-
rum est de lege grauaminis, sec. fauoris sic. ¶ Item non impo-
nitur legitime, sed patri, cui ab vxore non debetur legitima. ⁊
ita concludo. ¶ Circa secundam partem huius tractatus, scili-
a cet de his que contingunt post mortem patris, quero primo[a],
6 † si vnus fratrum cum pecunia hereditaria facit mercantiam,
⁊ ex his lucratur, an debeat aliis communicare? Solut. huius
questionis patet ex his que dixi. C. commun. vtriusque iudic. l.
si patruus, quia videndum est, an faceret nomine communi, an
proprio. Et cum ista questio de facto contigisset, dicit Bartol.
quod fecit sibi ostendere librum rationum, quo continebatur sic
in principio, hic est liber mercantie Petri, ⁊ fratrum de tali lo-
co. Et ex hoc dicit apparere, quod facit nomine communi mer-
cantiam, argum. ff. de negot. gest. l. Nesennius, ⁊ ideo lucrum erit
communicandum. Sed si hoc nō apparet nec alteri fratri erat
tutor, vel curator. ⁊ tūc lucrum debet esse suum proprium. ff. de
administration. tutor. l. Titium ⁊ Meuium. §. altero. sed si tutor
esset vel curator, tunc lucra que faceret ex paterna pecunia, de-
bent esse communia, secus de lucro quod fiat ex pecuniis reda-
ctis ex mercantia, cum quibus aliquid sibi emit. Nam pecunia
redacta ex mercantiis communibus non est communis, vt dicit
7 gloss. in dicta l. si patruus. Et predicta, que dixi † in tutore ⁊ cu-
ratore, dic tunc esse vera, si constat prius quod facit nomine pro
prio. Nam in dubio presumitur facere nomine communi ratione
officii, ⁊ communionis, argument. ff. quando ex fac. tut. l. post.
mortem. §. j. quod hic aliter non examino, sed Bartol. in. §. al-
tero. dicit quod cum tutor facit ad id quod tenetur, nec potest
facere pro pupillo, presumitur facere nomine proprio. Sz quā-
do facit quod potest facere nomine communi, tamen tenetur fa
cere nomine communi, si non vult, presumitur facere nomine
proprio. Sed tutor non tenetur facere negotiationem nisi testa
tor precepisset, imo pecuniam conuertit in emptionem predio-
rum, que non subiacēt periculo casus fortuiti, vt in authentico,
vt hi qui se perhi. res mi. ha ob. §. quoniam autem. ⁊ ff. de admi-
nistra. tutor. l. ita autem. in princip. ⁊ regula est, quod quando po
test facere nomine suo, vel pupilli, simpliciter faciendo intelligi-
tur nomine suo. Nec obstat d. l. post mortē, qr illud intelligitur
quando facit mentionem tutele, secundum Bartol. Sed potest
dici quod aut iste tutor negotiabatur negotiatione insolita pa-
tri pueri, quia pater pueri nunquam fuerit mercator, ⁊ tunc in
dubio videtur nomine proprio gerere, quia in dubio non presu
mitur in culpa, quia quedam culpa est agendi negotia insolita.
ff. de negot. gest. l. si negotia. Aut continuat negotia solita, non
autem aggreditur insolita, vt si erant duo fratres qui faciebant
insimul mercantiam, ⁊ vno defuncto aliter continuat superstiti
bus filiis fratris indiuisam substantiam possidentibus, ⁊ tunc
videtur eodem modo cōtinuare, vt ff. de neg. gest. l. nam, ⁊ Ser-
uius. §. si viuo Titio. quia primordio tituli posterior probatur
euentus, vt C. de imp. lucra. descr. l. j. lib. x. ar. l. si vni. § Herati[9].
⁊ ff. pro socio. l. actione. §. morte. versicu. sed quod ex re. Sz ex re
communi non distinguitur an ex prima inchoata aliquid perue
nerit, an ex sepius repetita quia natura huius actionis, vt id
quod posteriori loco sequitur, semp loco prioris subrogetur, ff.
8 de pig. l. qui tabernam. in princip. Sed hic quero dictum † est ō
lucro quid de damno? Respon. si proprio nomine facit, est pro-
prium, sed si nomine communi, tunc aut est aggressus solita dis-
crete operando, sicut diligens paterfamilias, ⁊ tūc damnum est
commune, quod incidit in re communi, aut insolita inchoando,
⁊ tunc imputet sibi, d. l. si negotia. ⁊ not. in d. §. quoniam in gl. in
verb. necessitatem incip. quid ergo. Ita dicit Bart. in §. altero.
In dubio autem dicitur, quod quando videtur facere nomine
communi idem enim est ac si expresse nomine communi negotia
retur, arg. ff. de instit. l. Lucius. sed si presumeretur facere nomi
ne proprio, sibi imputetur. Nam sicut non diuidit lucra, non de-
bet communicare damnum, arg. ff. pro soc. l. si nō fuerint. §. Ari
9 sto. Et no. † quod de materia duorum fratrum simul habitan-
tium not. in Spe. in titu. de iud. §. sequitur. versi. quid si duo fra-
tres. vbi dicit, quod si sunt duo fratres ⁊ vnus facit debitū post
mortem patris nō debet solui de communi, nisi ratione commu
nis vtilitatis sit contractum vel ratione societatis, quod non
10 presumitur, nisi probetur. † Itē dicit, quod si vnus ex fratribus
recepit dotem, non reficiet de communi, nisi quatenus probatur
versum in rebus communibus, vt eo. § versic. quid si communio
11 ne. Item dicit, † quod si vnus ex fratribus soluit condemnatio-
nem occasione delicti, damnum est proprium nec cōmune. eod.
12 §. ver. quid si alter. Item dicit, † quod si vnus militat, debet mi-
litare suis sumptibus, non de communibus. eod. § versic. quid
13 si vnus ex coheredibus. † Item, quod si vnus fratrū habet filiā
maritandam debet eam de proprio maritare, non de communi.
eo. §. vers. quid si vnus ex fratribus. nisi aliud inter eos esset cō
14 uentum, vt ff. pro soc. l. si socius pro filia. † Item dicit quod si fra
tres diuiserunt ⁊ quilibet stat per se, quilibet sibi lucratur, mer
catur, ⁊ negotiatur: sed si stant simul, ⁊ alter eorum cum pecunia
lucratur, ⁊ nescitur vnde veniat presumitur de communi euenis
se, ⁊ lucrum debet cōmunicari, eod. §. versi. vt autem circa. Sed
cur hoc dic vt dixi in d. l. si patruus declarando intellectum il-
lius l. ⁊ d. §. altero. ⁊ vide Specul. in d. §. sequitur. vers. quid si al
ter. Et predicta sunt vera, vbi nō constat de societate inter eos
15 contracta. Sed vbi † apparet quod essent socii omnium bonorum
idem per omnia dicendum esset quod in extraneis sociis: qr de-
set participandum lucrum, ⁊ damnum, que ius ⁊ natura societa
tis participari vult, vel iubet vel suadet, sicut de dānis cōstat.
ff. pro soc. l. cū duobus. §. damna. ⁊ §. quidam sagariam. ⁊ versic.
per cōtrariū quoque. ⁊ eod. ti. l. si igitur. Sed de lucris apparet
in d. l. duobus. §. si duo fratres. in princ. ⁊ §. item Papinianus
⁊ §. fin. vers. ⁊ Attilicinus. l. adeo. §. quod in aliena. cū simil. Sz
16 pone † quod sunt duo fratres socii omnium bonorum, vnus emit
quandam gabellam a Communi, ⁊ promittit certam penam, al
ter frater venit contra illum contractum, queritur an per hoc
incidat in illam penam? Respon. non quia ille qui contrauenit
non incidit in penam: quia non obligatur. ff. pro soc. l. iura socie
tatis. ⁊ quod not. in d. §. sequitur. versic. quid si duo fratres. Sz
alter qui est obligatus, non incidit, quia nō contrauenit, vt not.
17 ff. de ali. iur. l. quia etiam. §. opus. † Sed an duo[b] fratres stando
b simul videantur contrahere societatem? Et reperitur quod in
additio originaliter ex dictis Jac. de Are. aliqualiter extēsa per
Richar. ⁊ Old. eius discipulos, qui dicunt quod duo fratres si
mul stando communicando lucra tacite societatem contrahere
videntur, arg. ff. pro soc. l. coiri. Item sicut tacito dissensu disso
uitur, ita tacito consensu cōtrahitur. ff. pro soc. l. itaq. Sed Bar.
dicit quando plures fratres stant simul, aut nullus negotiatur,
aut alter tantum, alter non, aut omnes. Primo casu non potest
dici contracta societas, licet hereditatem paternā, ⁊ maternā
teneāt simul ⁊ indiuisim, ⁊ d. l. ex pte §. si fratres. ⁊ ff. fam. ercis.
l. ex parte §. si filius. Secundo casu idem; nam non potest videri
contracta societas. Nam ex hoc ille, qui negotiatur, magis vide
tur donare quam societatem contrahere, ergo non presumitur
talis donatio ff. pro socio. l. qui ita. Tertio casu dic, q si alter
eorū est pupillus, non potest dici cum eo cōtracta societas quia
hoc nō posset expresse. ff. pro soc. l. vt in cōductionibus, ergo nec
tacite. ff. loc. l. qui ad certū. Sed quid, si vterque est maior? Dic
quod si ponat lucrum in communi, quod ex hoc presumatur con
tracta societas, non tamen omnium bonorū, vt quidam dicunt,
sed que sunt illius mercantie, vide omnino Bar. in l. j. §. si quis
hoc interdicto. ff. de itin. actu priua. vbi tenet primo, quod sit cō
tracta societas, per rationes supra factas per doc. ar. l. in lege. ff.
de rit. nup. ⁊ ff. de concub. l. in concubinatum. Item qr talis com
municatio non potest intelligi aliter fieri quā circa nomē ⁊ ius
societatis ⁊ ideo presumit societas. arg. ff. de acquir. here. l. pro
herede. §. Papinianus. Secundo, quod non probetur societas
illius mercantie tantū pbatur, quia actus nostri volūtarii non
extenduntur vltra ea que geruntur. ff. de itin. act. pri. l. j. §. Julia
nus. Sed Bar. in d. §. altero. ⁊ in d. l. si patruus. dicit, quod
ista sunt notanda. Sed ego dico in primo membro, qd [illegible]
negotiatur, potest ex actis apparere socialis effectus [illegible]
inter nobiles qui nō faciunt mercātias questuarias: tamē qui
cunque bona, quecunque salaria, quascunque dotes acquirunt
cōmuni conferunt. Nemo enim potest negare hic esse sociales
actus, ex quibus presumitur intentio, ⁊ volūtas vt dicit Jaco.
Are. ⁊ Old. ad qualitatem enim actuū decurritur. Talis enim
presumitur modus qualis ex actib[9] potest colligi. ff de acquir.
here. l. duo fratres, C. de instit. ⁊ subst. l. reprehēdenda. vbi dicit
gl. in verb. comprobasti. quod facto datur voluntas intelligi ar
gu. Insti. de re diui. §. ceruos. Nam in brutis animalibus actus
⁊ consuetudo qualitatem naturalis instinctus ostendunt. Simi
liter dico quod si vnus negotiatur, alter non, tamen ille qui nō
negotiatur omnia illa que obueniunt sibi, puta ex redditibus pre
bendis vel donis, ponit in cōmuni, ⁊ sic faciunt hinc inde. vnde
presumitur societas ex actibus reciprocis socialibus. Idem est
etiam, si vnus negotiatur in vna arte mercantie, alter in altera,
vt in aduocatione, vel tabellione lucrorum communicatio socie
tatis inchoatio sequitur. Nam ex sui natura hi actus societatis
inferunt, quia ordinantur per ipsam ⁊ per hoc ab effectu appa
ret societas. Itē dicit, quod si vnus sit maior, alter pupillus ⁊
pupillus habet tutorem qui communicat, ⁊ ei communicatur,
quod societas contrahitur, quia potest contrahi cū authoritate
18 tutoris. Et si dicas, † quando tutor authorizatur, est opus quod
loquatur. ff. de author. tutor. l. j. in fin. Respon. illud est verū in
his

bis que procedunt per actum verbi,sed in his que dicuntur per
actum fieri,non est opus tutoris sermone,vt ff.de contrahē.em
ptio.l.fistulis.§.fundum.Quod autem dicit Barto.quod socie-
tas tacite restringitur ad actus sociales est verum in actibus
vniformibus,sed in difformibus,licet varietatem in se habenti-
bus,puto quod per talem actum presumuntur societates gene-
raliter contracte, quando se indifferenter habent, ꝛ indefinite.
vnde ex actibus, ita promiscuis indifferentibus presumo socie-
tatem generaliter contractam. Item in predictis non conside-
ro an vnus plus lucretur, vel expendat quam alter, quia in so-
cietate generali hoc non attenditur, sed omnia sunt equaliter
c diuidenda vt ff.pro soc.l.socius pro filia.Sed pone c† quod erāt
19 duo fratres rustici qui tenebant terras ad laborādum, ꝛ vnus
habebat duos filios laboratores ꝛ omnes laborabāt, queritur
de fructibus ex cultura prouenientibus, quomodo diuidantur?
Respon.in capita.quia societas restringit capita eorum qui o-
peras ponunt in societate pretij, ponendo ergo quod oēs sunt
in eo actu laboratores, vel operarij, cuilibet dabitur pars, nec
dz nocere his duobus filijs quod sint filij,ex suis enim laborib'
sibi querere possunt l.cum oportet.§.sic enim.C.de bo. que lib.
20 †Sed pone de facto duo erant fratres vnus diues, alter pau-
per,posuit diues in societate quinq, pauper vero operam per-
sonalem ꝛ cum diu durasset societas vno ponente operam tan-
tum,altero quinq, ꝛ omnia pereant, queritur an iste qui posuit
operam tantum teneatur ad aliquid alteri, ꝛ quod teneatur ad
dimidiam capitalis amissi alteri fratri facit l. cum duobus.§. si
in coeunda.ff.pro soc.ꝛ sic tenet Jacob.in l.prima.C.pro socio.li
cet gloss.videatur ibi aliter dicere.Et si dicas quod istud videt
iniquum quod iste perdat totam operam,et dimidiam pecunie.
Respondeo.illa opera in societate facta iam erat facta commu-
nis, vnde nil perditur quod non fit commune vni.sicut alte-
ri.Itē talis opera est repetibilis.ff.de condictio.indebi.l.si non
sortem.§ libertus.Item non ob.quod debitor quātitatis respe-
ctu certe speciei liberatur eius interitu.l. in naue Saupheli. ff.
loca.quia speciale est in societate quod periculum casus fortuiti
a 21 sit commune.d.§.si in coeunda.ꝛ d.§.fin cum si.† Sed an fratres
qui simul habitant, si non negotiantur presumantur socij? Re-
spon.si nil negotiantur,non quia tacite societas non pōt intelli
22 gi vbi nō est commercium,vt ff pro soc.l.nec adiecit.† Quero,fra
tres,patruus,vel nepotes,simul habitant, tamen vnus nego-
tiatur,alter non,an presumātur socij? Respon. aut qui negotiat
facit nomine proprio,vel communi.si proprio non videntur so-
cij.ff.de admini stra.tuto.l. Titium ꝛ Meuium. §.altero. si com-
muni,iudicantur socij.sed quid, si alter eorum est pupillus, qui
non potest contrahere societatem. Dicit Bartol.quod non est
societas.qz non posset expresse cōsentire.ergo nec tacite.ff. loc.
l.qui ad certum,sed quod nomine pupilli fuerit vtiliter gestum
23 poterit habere ratū.ff.de nego.gest.l.si pupilli in princip.† Sed
quid si fratres simul habitant.ꝛ simul negotiantur? Respon. p-
sumuntur socij,ꝛ si indifferenter omnia communicant, presumit
24 societas generalis.† Sed an damnum contingens in personaz
vnius ex fratribus ex casu fortuito quia captus ab hostib', vel
ob eius maleficium soluit de communi an erunt hic damna cō-
municanda?dic vt l.cum duobus.§ idem Papinianus. ꝛ §.fin.
25 ꝛ ff pro soc. †sed si in vna specie, ad vnam tantum presumunt.
ff.pro soc.l.cum duobus. §.duo. quod enim ex actibus pendet,
ex actibus limitatur.ff.de legi.l de quibus.in fine. ꝛ ff. de itine.
actuque priua.l.j.§.Julianus.sed an fratres qui habitant simul,
ꝛ seorsum negotiantur presumantur socij? Respond.sic.quia ha
bitatio seorsum facta non derogat societati, vt ff.quod cuiusque
vni.not.l.j.in princip. Sed an fratres qui habitant seorsum, et
negotiantur viuo patre ꝛ lucrum communicant, dicantur socij?
Respon.aut referunt questum adinuicem,aut patri. Primo ca
su presumuntur socij,secundo non facit ad hoc ff.de eden.l. pre-
26 tor.§.ij.† Visso autem quando hi presumuntur socij, videndum
est que veniunt communicanda.Et primo quero,si vnus fratrū
ex successione vel dotis partē lucretur ex forma statuti, an de-
beat fratri communicare.Respondeo non, quia quando lucrat
aliquid viuo patre, debet tanquam aduentitium percipere,
tex.est C.de coll.l.fin. multo magis patre mortuo, quia tunc est
plenior sua acqsitio ꝛ facit ad hoc, d.l.nec adiecit. ꝛ vide quod
not.per Cyn.C.fami.ercis.l.ij.ꝛ quod not.ff.de cast.pec.l.dotez.
27 † Quero quando fratres sunt socij,an vnus possit capi pro de-
bito alterius? Respōdeo primo,aut debitum est contractum no
mine societatis,ꝛ vterq3 tenetur. Facit quod not.Cyn.C. si cer-
tum petatur.l.cum te.ꝛ argumē ff. de pactis. l. item magistri. et
quod not.ff.p socio.l.tertia,in gloss. Secundo aut est contractū
nomine proprio ꝛ tunc alter non potest conueniri, facit quod
28 not.ff.pro socio.l. si socij sumus. † Sed an sumptus d qui fiunt ex
d persona vnius fratris, vel filij vel filie ipsius debeant fieri de
cō,ꝛ loquimur in sumptibus honestis. Respond.non, nisi sint
socij oim bonorum.ff.pro socio l.si socius pro filia. Ex hoc ap-
paret quod filius fratris debet stare in studio sumptibus pris,
non de communi patrimonio,similiter debet dotare filiā de bo-
e nis paternis e non de communibus Item si ducat vxorem, de-
bet fieri sumptus de sua parte, nisi sint socij omnium bonorum.
29 ff.de muneribus ꝛ honoribus.l.ꝛ qui originem.§.fin. † Sed,an
si vnus frater soluit condemnationem teneatur alter cōtribue-
re iure societatis? Respon.non,si fuerit licite condemnatus, se-
cus si iniuste:quia tunc debent solui de communi, si erant socij
generales,alias non. d.l. si fratres. §.idem Papinianus. et §.
per contrarium quoque.cum gloss.in verb.consecuturum. et §.
30 cui congruit. † Pone quod pater soluit condemnationem filij,
f vel sumptus f fecit in vxorē illius,puta in conuiuijs, an hoc im-
putandum sit in partem illius? Respond. in condemnationem
est text.quod no.C.de capti.l.liber captus ab hostibus.ꝛ quod
no.ff.de condic.indebi.l frater a fratre.ꝛ per Gulielm.ꝛ Jac. de
Are.in l.dominus.C.loca. Sed de sumptibus no.gloss. in d.l.ꝛ
qui originem.§.fin.ꝛ quod talia non imputentur,facit ff. māda.
l.creditor.§.j.ꝛ de neg.gest.l.Mesennius.nisi filius habuisset pa-
trimonium separatum a patre, de quo patrimonio presumetur
31 pater impendisse.ff.de petio.here.l.fin. † Sed an singula g vesti-
g menta,anuli,ꝛ perle ptiose, que facit pater nurui, imputētur in
partem filij? Respon.sic,inquantum valeant nunc,non in quan
tum fuerunt empte,quia iste res non presumuntur donate,sed
commodate vt ff.commoda.l.si vt certo.§.interdū.nisi magna
dignitas, ꝛ multitudo diuitiarum facerent presum contrariū.
ff.de lega.iij.l.si filie.de dona.l.si filius.ꝛ vide ad materiā quod
not Specula.de iud.§.sequitur.versic.quid si duo fratres, cum
32 multis versi.sequen† Item vide Cyn C.de rei vxo.actio.in l.v-
nica.§.accedit.in vlt.questio. vbi querit, an frater, qui dotat so-
rorem poterit in partem illius imputare tempore diuisionis.
33 † Item vide Guliel.in l.fina.C.famil.erciscun. vbi tractat, an li-
bri empti a patre sint communicandi fratribus? Et quod not.
34 gloss.C.ad Macedo.l.macedoniani.† Item vide quod no. Gu-
lielm.C.fami.erciscund.l.certi iuris.ꝛ ibi gloss. vbi querit, quid
si vnus filiorum furatur grana patris an patre mortuo teneatur
sibi imputare in legitimam? Item de debitis quesitis viuo pa-
tre,an eo mortuo debeant esse communia hec est proprie mate-
ria.l frater a fratre.ꝛ C.fam.erciscū.d.l.certi. Item vide Specu.
in titul.de teste.§.j.versic.sed nunquid.vbi dicit,quod frater po
35 test esse testis pro fratre.† Itez adde b quod dixi ff.pro socio.l.si
b societatem mecum.ꝛ ibi dixi quod si sunt fratres rustici, ꝛ vnus
habet filios quotidie laborantes in agro,qui communiter labo
rant,alter non habet filios quod ille qui habet filios,quia plus
ponit de opera,plus debet percipere in diuisione fructuū: ꝛ il
lud plus intelligitur arbitrio boni viri, per operarum qualita-
tem. Item de his que vnus filiorum lucratur viuo patre, quid
iuris sit eo mortuo?vide C.de bonis que liberis.l.cū oportet.§.
36 primo.ꝛ dicit Nicola.† Abbata.in d.l.cum oportet.quod quodcū
que lucrum sit commune ex opera quacūque,filius ponit ī cō-
muni expendendo in paterna familia,quod non repetit,quia ap
paret quod non voluit sibi querere,sed patri referre, argumen-
to C.de bonis que liberis.l.finali.in principio.tamen non firmo
precise.Item vide quod legitur,ꝛ no.C.commu.vtriusque iud.l.
si patruus.ꝛ circa ea,que viuo patre contingunt, vide ff. famil.
erciscun.l.fina.ꝛ l.ex parte.§.fina. Item vide l.cum allegaꝰ.C de
37 ca.pec lib.duodecimo,vbi dicitur, † quod frater habitans cum
fratre presumitur amicabilior sibi quam illi cum quo non habi-
tat. Item si vnus frater expendit in edificijs, habuistis de neg.
gest.l.ex duobus.in prin.

ADDITIONES.

a L.D ¶ Quero primo.Vide Bart.in l.Titium ꝛ Meuium.§.
altero.ff.de administ.tuto.ꝛ ibi apostillam.in verbo ꝛ ideo.
b ¶ Sed an fratres. De veritate istius questionis vide Alexā.
in l.cum duobus.§.Papinianus.ff.pro socio.ꝛ in l.Titiū ꝛ Me
uium.in §.altero.in additionibus Bar.ff.de administra.tut.in
versi.contracta societas.ꝛ dominum meum Perusinum do.Pe
trum.Corne.in consilio cxxij.in secundo volu.incip.circa presen
tem in princ.ꝛ Jason.in l.vt nemini.C.de coll.
c ¶ Sed pone.Vide Bal hic in fin.tracta.ꝛ ibi scripsi.
d ¶ Sed an sumptus.Vide Alex.de Jmol.in consi.lxx.in v.vol.
incip.casus talis est.
e ¶ De bōis paternis.Sed quid vbi sunt plures socij omniū bo
norum an debeat attendi quod vnus faciat maiores expensas ī
domo quam alius vel quod vnus plus lucretur quam alter, vi-
de Bart.hic.ꝛ vide Bald.in l.si patruus.C.commu. vtriusque
iud.ꝛ Pe rus de anch.consilio ccciij.incip. materia de qua que
ritur rō est noua. Ludo.Roman in cōs.clxxij.incipiē.in propo-
sito themate.in vlt.dub.ꝛ plene per Jas.in l.vt nemini.C.de col.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

* Preconium. Et quando preconium factum a tyranno inducat timorem metum. Vide etiam per Alex.de Imol.in consil.vij. juncta allegando Bar.hic hec dicta sequitur.

k Tho. Item ex eo. Vide Alex.in l.imperium.ff.de iurisdictio.omnd.

l De Populis. Vide Raph.cōsi.clxij.incipien.vsa copia privilegiorum circa finem,ꝛ Bar.l.filio pterito.versi.septimo est videndum.ff.de inoff.testa.vbi dicit,ita fuisse determinatum Bononie per do. Baldeum de Populis, tunc domini Bononie.ꝛ in l.an.ꝛ.q.ff.de iur.codic.

m Reliqua magna ardua. Vide plene per Felyn.in cap. postulasti.de rescript.ꝛ vide Alex.de Imo.in consil.cxxij.in iij. vol. in vltima col. Et adde illud consil.est domi.And Barb. Et adde Philip.Franc.in capi.si gratiose.in vj.ꝛ vide apostil. meam ad Bart.in l.auth.ita.C.vnde vi.

n Contra intrinsecos. Vide Felyn. in cap. cum omnes. de constitu.ꝛ Jaso.in l.Barbarius.in j.limita.ff.de offic.pretor.

o Retinet. Vide Jaso.in l. Barbarius. versicu. quinto limita. ff.de offic.pret.

p Valent. Quod illegitime factum est a tyranno aduenient iusto domino debere cassari, Bart.per illum ter.ꝛ idem Bald ꝛ Paul.de Cast.in l.decernimus.C.de sacrosanct. eccle. Phi.lip. Dec.plene in consi.cxc.incipien.in causa,in qua agitur.

Explicit tractatus de Tyrannia do.Bar.a Saxoferra.

Tractatus Represaliarum.

1 Represalie a quo tempore frequentari ceperunt.
2 Represalie ꝛ si late accipi possunt, tamen sunt, quando conceditur licentia capiendi personam vel res alterius pro altero.
3 Represalie vt sint licite in foro conscientie, requiritur authoritas superioris.causa iusta concedendi.ꝛ intentio iusta,ꝛ recta.
4 Represalie de iure ciuili licite sunt duobus concurrentibus,scilicet authoritas superioris,ꝛ iusta causa.
5 Represalias ius concedendi inductum videtur de iure diuino, ꝛ de iure gentium.
6 Ciuitas potest bellum indicere ob tutelam vnius ciuis.
7 Liberi debitoris possunt capi quādo alia remedia cessant contra debitorem.
8 Statuta concedentia represalias vltra casus a iure communi permissos,quando fieri possint,ꝛ valeant,ꝛ nu. 10.
9 Statutum Florentie,quod mercatore fugiente,vxor,ꝛ liberi teneantur valet.
10 Terre que submittūt se protectioni ciuitatis certis pactis nō dicuntur subdite,sed federe equali ꝛ libere sunt.
11 Statutum concedens represalias in subditos, an exerceri possit extra territorium.
Statutum quod filij cedētis foro, vel rumpentis quando possit contra filios extra territorium exerceri.
12 Statutum quod homines vnius ville, vnus teneatur pro alio non comprehendit illum qui de nouo est effectus homo illius ville in debitis antiquis.
13 Statutum quod vnus homo ville teneatur pro alio,intelligitur de debitis contractis intra territorium statuentis.
14 Represalie per pactum,quando licite fieri possunt.

a 

Represaliarum a Materia, nec frequens,nec quotidiana erat tēpore, quo in statu debito Romanum vigebat Imperium,ad ipsum em tam quam ad summum Monarchum babebatur regressus,ꝛ ideo banc materiam legum Doctores, ꝛ antiqui iuris interpretes minime pertractauerunt.

1 Postea vero peccata nostra meruerunt quod Romanum Imperium prostratum iaceret per tēpora multa,ꝛ reges ꝛ Principes,ac etiam ciuitates,maxime in Italia,saltem de facto intē poralibus dominum non agnoscerent.propter quod de iustitijs ad superiorem non potest haberi regressus,ceperunt represalie frequentari,ꝛ sic effecta est frequēs,ꝛ quotidiana materia. Ego itaque Bart.a Saroferrato ciuis Perusinus minimus legum Doctor, cum speculationibus ad ius ciuile spectantibus operam dans ad communem vtilitatem, ꝛ maxime vniuersalis studij Perusini,super ista materia libellum composui,quē correctioni cuiuslibet melius veritatem intuentis suppono.mihi enim satis est.quod hic libellus alijs, quos Deus sui gratia sublimi manu, ingenio altius inuestigandi materiam tribuat, ipsum itaque libellum ordine j. scripto transcriptum vniuersitati predicte tradidi anno domini a natiuitate Mcccliij. die pen. mensis Februarij.

De Represalijs tractaturi, requirit de aliquibus qstionibus.principaliter quas postea per particulares qstiones clare examinabimus. Prima questio est,an represalie sint licite. Secundo quare possint concedi. Tertio,per quem iudicem represalie possunt concedi. Quarto qualiter concedantur. Quinto quibus concedantur. Sexto,cōtra quos concedantur. Septimo,conceſſe contra quas personas exerceātur. Octauo.contra quas res. Nono,qualiter exerceantur. Decimo, de remedijs exactis,ꝛc.

Questio prima, an represalie sint licite. Circa quā queritur,an sint licite in foro cōscientie. Secundo,an sint licite in foro ciuili. Tertio,an statuta possint fieri licite vltra casus a iure prnissos. Quarto,an statuta que circa banc materiaz represaliarum fiunt possint exerceri extra territorium. Quinto,an per pactum represalie possint licite fieri.

Ad primum an represalie sint licite. Respō.ꝛ ad declarationem huius tractatus ꝛ totius questionis premitto quod represalie possunt ꝛmultum late accipi pro omni eo quod habet potestatē. personam, vel res alterius capiendi,ꝛ sic comprehenderent eum, qui habet potestatem capiendi ipsum principalem debitorem, vel res ipsius, quod hic non intendo tractare,sed solum quando conceditur licentia capiendi personam,vel res alterius pro altero,ꝛ ista sunt que in vulgari nostro vocantur represalie, de iure vero communi vocantur pignorationes,vt in authen. vt non fiant pignora. ꝛ extra de iniur.ꝛ dā.dat.cap.j.li.vj. Alibi vero vt Pisis aliter. Alibi autem habēt alia noīa,de quibus non curo,qz imponunt ad placitū. Prout ergo hoc nomen capitur vel exigatur, quero
3 ꝛan sint licite in foro cōscientie. Et videt quod non: naz alia que peccauerit,ipsa morietꝛ filius non portabit iniquitatem pris. Ecclesiastici xviij.sic patet quod alius p alio non pōt capi.preterea,non ꝛz in foro conscientie facere id quod repugnat naturali rationi,ꝛz iste repsalie naturali rōni repugnant,vt extra de iniur.ꝛ dam.dat.capi.j.lib.vj.ergo non sunt licite. In contrarium

quod sint licite, videtur authoritas Augustini in libro questio-
num. Justa bella solent diffiniri, que vlciscuntur iniurias, si gēs, vel ciuitas plectenda est que vindicare neglexerint quod a suis improbe factum xxiij. q. ij. c. dominus noster. Secundo ad hoc vt represalie sint licite in foro conscientie sequitur primo authoritas superioris secundo causa iusta concedendi quia denegauit iustitiam, d. c. dominus noster. Tertio requiritur quod intentio sit iusta & recta eius qui habet represalias. vnde Augu. in li. contra Faustum. Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas debellandi, libido dominandi, & si qua sunt similia. hec sunt que in bellis culpantur, & sic licet esset authoritas superiorum, & iusta causa, tamen animus iniquus faceret represalias illicitas in foro consciētie. Hec sentit Sanctus Thomas in secunda secunde quest. xl. c. j. in foro autem ciuili de tali animo non curatur, quia de cogitatione non curatur, l. cogitationis. ff. de penis. In predictis ta-
b men est standum Theologis.[b]

Ad secundum

an represalie sint licite in foro ciuili? & videtur quod nō, vt in authen. vt non fiant pig. posita C. ne vxor pro mari. authen. sed omnino. & in authen. vt nulli iudi. §. quia vero. posita C. de actio. et obligatio. authen. imo. & ad idem C. de decur. l. prouidendum. lib. x. vt nul. ex vica. pro alie vica. debi te. l. j. lib. xj. & extra de iniur. & dam. da. cap. j. lib. vj. & C. ne fil. pro pat. authen. habita. ibi, ex peruersa consuetudine, &c. Et videtur, quod sint licite, cum gens et populus iustitiam requisiti facere neglexerint, vt xxiij. questione ij. can. dominus. vbi hoc est expressum. & facit quod not. C. de Jude. l. nullus & ff. de incen. rui. nauf. l. ne quid. & ff. quod vi aut
4 clam. l. si alius. §. bellissime. & quod ibi not. Sol. † Docto. omnes
* *communiter in sententiam istam inclinant, quod si quidem est infra illum hominem vel populum qui iustitiam facere & debitū reddere negligit, potest haberi recursus ad superiorem, tunc represalie sunt licite duobus interuenientibus. Primo requiritur superioris authoritas. non enim licet alicui sua authoritate ius sibi dicere. vt iura vulgaria dicunt, & est expressum. xxiij. q. ij. cā. j. Secundo, quod superioris authoritas interponatur sibi ex iusta causa. nam ista decreta nisi ex natura, & iusta causa interponantur sunt ipso iure nulla. l. cum vero. §. subuentum. ff. de fideicom. libert. & l. j. §. hec verba. ff. ne vis fiat. & per totum. Causa autem legitima esse videtur, quod dominus gens vel populus requisitus iustitiam facere neglexerit, d. capi. olim. eodem titu. in authen. habita. ne fil. pro pat. in fin. & Jacob. de Belui. in q. sua disputata quam ponit in authen. vt non fiant pig. Hoc idem videtur tenere Sanc. Thom. de Aquino, vt dixi in preceden. q. si
5 bene aduertantur predicta, mihi videtur, quod † ius concedendi represalias non iure ciuili, vel canonico sit inductum, sed magis iure diuino. d. c. dominus noster. & de iure gentium quidam permittunt bella licita, l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. & quod ibi no. & bellum licitum est ex causis predictis, quod etiam procuratur, quia de iure gentium est quod id quod quis ob tutelam sui corporis fecerit, videtur fecisse iuste. vt ff. de iusti. & iur. l. vt vim. corpus intelligo, siue loquamur de vno indiuiduo, siue de vno cor-
6 pore misto. Unde † ob tutelam vnius ciuis, potest ciuitas indicere bellum, sicut vnus particularis potest indicere bellum contra omnes ob tutelam persone sue, & suarum rerum, vbi superioris copia, vel aliud remedium haberi non potest, vt dictis iuribus. & ff. quod vi aut clam. l. si alius. §. bellissime. & quod no. in d. l. nullus. C. de iudic. & ff. que in frau. credito. l. ait pretor. §. si debitorem. cum similibus. ergo, &c & predicta puto iuri gentium, & ve-
7 ritati ciuili consonare. † Nam vbi alia remedia cessant cōtra debitorem, possunt capi homines liberi, in quibus debitor ius habebat vt puta liberi, casus est singularis. ff. de acquiren. heredi. l. pro herede. §. si quid tamen. & ibi not. in fi. gl. mag. Sed ciuitas, vel dominus iustitiam facere negligēs, vel recusans, est debitor iustitiam postulantis, ergo homines subditi illi domino, vel populo capi potuerint. Preterea, propter delictum domini negligentis facere iustitiam potest indici bellum contra totam terrā, & omnes gentes subditas sibi. vt in authen. si vero dominus tēporalis. C. de heret. & sic concluditur represalias esse licitas ex causis legitimis. De istis autem causis dicitur latius infra in secunda questio. princ. sufficiant predicta quantū ad hūc passum.

c
8

Ad tertium

[c] † an statuta possunt fieri licite vltra casus iure cōmuni permissos? Dico quod si statuta fiunt cōtra terras, vel villas sibi subditas quod tunc possunt fieri licite represalie, per statuta etiam extra causas predictas a iure communi permissa. Unde si ciuitas statuit, quod quilibet de villa possit capi pro debito alterius, vt C. de omni agro deserto. l. j. lib. xj. sicut quandoque statuitur, quod vxor teneatur pro viro vt C. in quibus cau. pign. ta. contra. l. fi. tis. & quod filius teneatur pro patre. C. de primipi. l. fi. lib. xij. Et sic patet, quod statuta communis Florentie, que dicunt quod
d mercatore fugiente,[d] teneantur vxor & liberi, licet non sint heredes, procedunt de iure communi, & intelligo terras subditas
9 simpliciter ita quod sint de comitatu. Terre † vero que submit-
e tunt se protectioni ciuitatis, certis pactis subdite nō dicunt:[e] sed dicuntur terre libere federate federe inequali de quibus loquitur lex, nō dubito. ff. de capt. & postlim. reuer. & in illis puto idē
10 quod in alijs terris omnino liberis. Si vero statuta † fiāt in vna ciuitate contra aliam terram liberam circa represalias concedendas tunc aduertendum quia in causis concedendarum represaliarum vertitur iustitia facta, seu iustitia denegata a terra cōtra quam represalie conceduntur, & circa hoc non possunt fieri statuta. Non enim vna ciuitas potest facere legem super alteram, quia par in parem non habet Imperium, & quia non potest extra territorium suum statuere, que sunt iurisdictionis alterius, & non sue, vt dicunt iura vulgaria. Secundo vertitur in causa superioris copia haberi non possit, & circa hoc similiter nō potest fieri statutum, puta si statutum diceret quod represalie concedantur, nec teneatur quis ire ad superiorem vt extra de iureiur. c. venien. & argu. l. penultime. ff. de aqua pluuia arcen. Tertio vertitur in causa superioris authoritas, id est, authoritas ipsius ciuitatis concedentis represalias. & tunc circa hoc potest facere statutum, an in talibus predictis concedatur, & quo ordine. Nam cum ista causa, & ista instantia sit sua, potest circa hoc statuere, quia quelibet ciuitas statuta facere circa ordinationem, que in foro eius agitur, possit. ff. de testib. l. ij. §. fi. C. de iura. calum. l. ij. §. sed quemadmodum testamenta aperi. l. ij.

11

Ad quartum

an † statuta, que circa represalias fiūt in subditos possint exerceri extra territorium. Exemplum. Dicit statutum Florentie qui rumpit seu foro cessit. an filij vigore illius statuti possint exigi extra territorium? Respon. si quidem talis filius erat natus tempore quo pater rumpit fefellit, seu foro cessit in ciuitate Florentie, et
f tunc si quidem extra territorium Florentie[f] aliquis vellet exercere dictū statutū faciēdo executionē facti, hoc non posset, quia nec sententia vnius iudicis extra territorium executioni mandari debet absque literis primi iudicis. l. a diuo Pio. §. & ibi plene dixi. ff. de re iudic. & extra de foro compe. c. Romana. §. contrahentes. lib. vj. Sed si vellet quis extra territorium agere contra talem filium condictione ex illo statuto, ordinarie hoc posset, quia actio vbique sequitur eum, contra quem competit, vt C. de prescrip. lon. temp. l. si sicut contra vnum ex cōtutoribus potest agi contra tutorem vbicunque sortitur for. l. heres absens. §. [illegible] iuncto §. fi. ff. de iud. Credo tamen quod si talis filius sortiretur originem propriam alibi, licet esset de Florētia ratione originis paterne, vel haberet domicilium alibi antequam pater rumpe-
g ret[g] quod tunc ciuitas illa, in qua sortitur forum ratione originis, vel domicilij, similiter ex vigore talis statuti ciuis eius, vel incola subijceretur sibi, posset eum defendere, quasi preueniss& & statutum communis Florentie non potest habere effectum qui talem ciuem subtrahat absque facto suo. argumē. eius quod no. C. de incolis, l. ciues. lib. x. Si vero talis filius natus fuerit post eaquam pater rupit, vel foro cessit, tunc statutum non [illegible] quia verba statuti dicunt de filio eius eo tempore: [illegible] l. in delictis. §. si extraneus ff. de noxalibus. & l. Titius [illegible]
12 amen. milit. Et idem dico, † si statutum dicat quod homines vnius ville teneantur vnus pro alio. Nam ille, qui de nouo factus est homo illius ville, non tenetur pro debitis antiquis. & C. de decu. l. prouidendum. lib. x. & quod not. per Dyn. ff. ad mu-
13 nicip. l. incola. Item est aduertendum † quod predicta statuta
b facta in subditos quod vnus teneatur pro alio, debent intelligi, si simpliciter loquantur de debitis contractis intra territorium ciuitatis. l. cum vnus. §. is qui. ff. de bon. auth. iudi. possi. & cap. vt animarum. extra de constitu lib. vj. & ideo statutum Florentie si simpliciter loquitur de filijs rumpentium, vel foro cedentium, non habet locum in rumpentibus extra ciuitatem Florentie, cum ibi forte non haberent hypothecam, vel stationem

14

Ad quintum

an † per pactū represalie possint fieri, licite, respondendū est, si quidem est pactum priuatorum, tunc non valeret vt expressum est in auth. vt non fi. pigno. §. j. non enī potest vnus pacisci, vt alius pro eo exigatur, vt ibi dicitur quod intelligo etiam si vnus paciscatur vt exigatur alius in quo habet ius, vt patronus in liberto, & dominus in vasallo & similibus vt C. ne fil. pro pat. l. fi. nisi esset talis dominus, qui possit condere legem vt j. dicam: licet per pactum fieri non potest. Judex tamen homines sic conditionatos in subsidium capere potest, vt dixi supra in j. q. circa fine.

Si n

Si vero esset pactum vniuersitatis, tunc si talis est vniuersitas, que nō potest legem condere, tunc idem quod supra dictum est de pacto priuatorum. Si vero talis sit vniuersitas, vel domin⁹ qui, vel que potest legem condere, tunc per actum potest fieri quod vnus pro alio exigatur. Nam pactum eius qui potest legem condere est lex, vt ff. de publicia. l. Cesar. & C. de donat. inter virum & vxo. l. penulti. quod est notabile ad multa, & specialiter ad ea que dicti ff. de re iudic. l. iuū. §. si actor. Et ex predictis patet quod statutum ciuitatis, vel domini cōcedentis represalias non p̄ sit fieri bodie in extraneos, vt in precedēn. dictum est, & men per statuta ciuitatis contra quam conceduntur possunt fieri licite vltra ius commune contra suos, &c.

ADDITIONES.

a Lb. D. C. epresaliarum materia. Iste est tract. Bart. de quo memmit idem Bart. in l. nam Seruius. in princ. ff. de neg. gest. & in l. pronunciales. ff. de verbo. significa. vbi dicit intendere facere tract. de represaliis. Adde quod istum tract. composuit Bar. anno Domini ɔ̄ccclxiij.

b CTheologus. Vide Rapha. Cumanin consil. cxl. incip. domi⁹ iudices in si princ.

* CDomus. Adde & vide ad hoc dictum Bar. correctum in consilio in p. parte.

c Lbo. D. CAd tertium. Ad dicta per Barto. hic adde plures concord⁹. per Alex. de Imo. in consi. xlij. in j. vol incip. super premisso themate. & do. Jas. in l. si quis. §. legis. C. de inoffi. testam. l. de quibus. ff. de legi.

d CFugiente. Vide Alex. in l. sepe. ff. de re iudic. vbi plene examinata dicta per Bart. hic.

e CSubditeno⁹ dicuntur. Nota quod dicit Bar. hic, & idem pōnit & sequitur do. Andria. Socin. in cōsi. lv. & Pet. de Anchar. post Paul. de Leaza. in clemen. ne Romani. §. sane. de elect. in fi. v. questio. vbi referūt fuisse de facto Bononie, & ɔ̄ ede. de Benis in consilio cxxxvincipien. Factum tale est quedam domus. & plura ponit Felin. in cap. Rodulphus. de rescript. & in cap. cum Bertholdus. de re iudica & vide etiam Fel. in cap. postulasti. ij quarta declaratione, de foro competenti, & multa ad hoc scripsi in tractatu de Venete vibis libertate, & eiusdem Imperij dignitate, & priuilegijs, in rel. priuilegio, in responsione ad xiij. argum. quod illustrissimum dominium etiam de facto nunquam fuit suppositum imperio Romano, quicquid scribit Blanchus Forliuiensis & Paulus Diaco.

f CFlorentie. Vide Jas. in l. de quibus. ff. de legib.

g CRumperet. Vide apostil. ad Barto. in l. j. C. de summa Trinit. & fide catho. in versi. vltimo quero.

h CPredicta statuta. Vide do. Philip. Dec. in l. j. ff. de bon. poss. contra tabu. liber.

1 CRepresalie, vt concedantur, primo adeundus est iudex cause, & denegata iustitia requiritur iudex concedens represalias, vt scribat.

Iudex non audit requirentem quod scribatur iudici rei quod faciat iustitiam, alias concedentur represalie, nisi primo constet de iustitia denegata.

2 Quitas non potest statuere quod fiat requisitio per literas quod fiat iustitia alias represalie concedentur.

3 Requisitio iudici qualiter fieri debeat, vt represalie possint concedi.

4 Potestas concedens represalias succedit loco deficientis superioris, & supra num. .

5 Pupilli, & miserabiles persone non coguntur litigare in foro aduersarij quinimo iudex eorum scribit iudici alterius ciuitatis vt aduersarium ipsorum cogat alibi litigare.

6 Persone miserabiles que dicantur.

7 Actor de iure canonico etiam potest trahere reum ad litigandum extra propriam diocesim.

8 Quitas ad petitionem suis ciuis, potest requirere aliam ciuitatem, vt compellat aduersarium in ciuitate propria litigare.

9 Represalie, vt concedantur quis requiratur, vt iustitiam faciat, ad hoc.

10 Litigauit si quis in ciuitate, que habet iudices prime, & secunde appellationis & cōtra iustitiā succubuit, qualiter ei succuratur.

11 Represaliarum remedium est extraordinarium, & odiosum.

Represalie nō conceduntur pro modico, & nisi totaliter ius partis tollatur.

12 Copia superioris quomodo intelligatur quod non possit habere ad hoc, vt procedi possit ad represalias.

Secunda questio principalis est de causis cōcedendarū represaliarum, & quia inter cetera requiritur, quod dominus, gens, vel populus requisitus iustitiā facere neglexerit, seu recusauerit, & superioris copia haberi nō possit: ideo queritur primo quis debeat requirere populum, dominum siue gentem, vt faciant iustitiam. Secundo queritur an possit requiri, vt alterius iudicis iurisdictionem prorogetur, vel arbitros eligat cū ibi nequeat litigare. Tertio queritur quis requiratur, vt iustitiam faciat. Quarto queritur, que iustitia sit sufficiens causa concedendarum represaliarum: Quinto quomodo intelligatur quod superioris copia haberi non possit.

b 1 **Ad primum** b queritur quis † debeat requirere dominum populum seu gentem, vt faciat iustitiam. Respond, potestas eius qui cōcedit represalias succedit in loco superioris deficientis. si esset, vt dictum est supra in quest. Sed superiorem si esset quis, nō posset adire, & cōqueri de iniustitia iudicis nisi primo ipsum iudicē requisīsset, vt in authen. vt diffe. iud. & de mand. Princip. §. sit tibi quoque tertium. ergo & modo ista pars ad hoc vt possit petere represalias, debet prius adire iudicem primum, & ab eo iustitiam petere vt dictis legibus, que sunt mirabiles ad hoc. imo dico, quod si pars iret ad iudicem suum, & diceret domine, scribas tali iudici, qō faciat iustitiam, alias concedat represalias quod iudex eum

2 audire nō debet. d. §. sit tibi quoque tertium. Dico etiam quod ciuitas non potest de hoc facere statutum videlicet, quod sufficiat requisitio per literas, & sic vt faciat iustitiā nam ante, quā iustitia non sit denegata, non pertinet ad cognitionem superioris, & per consequens nec alterius ciuitatis vbi deficit superior, & sic non potest de hoc facere statutum facit quod dixi supra in quest. iij. Item quilibet reus, vel actor, debet primo iudicem requirere. Ex predictis apparet, qualiter debeat fieri dicta requisitio, debet enim actor offerre libellum cum omnibus solennitatibus debitis quando causa requirit libellum, vel implorare officium iudicis pro executione, quando causa habet paratam executionem, vel reus debet modo debito exceptionem opponere, in casu quandoque requiritur quod vnus iudex scribat alteri iudici scilicet, pro exequenda sententia ab eo lata, vt extra de foro competē. c. Romana. & dixi supra in quest. iij. Item in alio casu quem vide. § prox.

Ad secundum queritur an possit requiri, vt alius iudicis iurisdictione pro roget, vel arbitros eligat cum in dicta ciuitate nequeat actor litigare secure, respondeo vt dixi §. prox. † Potestas enim qui concedit represalias, succedit in locum deficientis, superioris. Videndum est ergo, si superior hoc facere deberet. Et reperio

3 † de iure ciuili hoc debere seruari pro pupillis viduis & miserabilibus personis, maxime si aduersarij potentiam perhorrescunt. C. quando imperat. int. pup. & misse. per cog. l. j. in fin. Pro

c istis ergo personis ciuitas earum proprie possit scribere alteri ciuitati, vt aduersarium dictarum personarum cogeret alibi litigare cum tales miserabiles persone ipsius aduersarij potentiam perhorrescant, quod si non faceret, statim apparet iniustitia. CT Que autem intelligantur miserabiles, declarat plene

7 Azo in summa illius tituli. † De iure vero canonico est latius introductum vt vbicunque quis litigium haberet cum domino, vel cum vniuersitate terre, seu ciuitatis, seu quomodocunque aduersarij potentiam perhorrescat, etiam si non sit de dictis personis miserabilibus, posset per superiorem trahi extra propriam diocesim, vt extra de rescript. cap. statutum. §. cum vero libro vi. plus videtur quod vbicunque actor, & reus sunt diuersarum ciuitatum actor potest trahere reum per superioris rescriptum extra propriam ciuitatem, dum tamen non trahat eum in ciuitatem ipsius actoris, vt d. capi. statutum. §. cum autem actor. quasi presumatur semper, quod forenses cum ciue, in ciuitate propria

8 non litigant secure, per quam decretalem dico, † quod vna ciuitas ad petitionem sui ciuis potest requirere aliam, vt compellat aduersarium extra ciuitatem propriam litigare, & maxime ad petitionem miserabilium personarum, vel cum aduersarij potentiam per horrescunt, vt dictum est, & super hoc credo ciuitates posse facere statuta. Et hic modus videtur mihi multum equus, & iuri, & rationi consonus.

d 9 **Ad tertium** a queritur, † quis requiritur, vt iustitiā faciat, respō. vt dictū est potestas concedendi represalias succedit in locum deficientis iudicis superioris: sed de iure antequam adeatur superior, debet primo requiri iudex ad quem spectat prima causa: & ipso negligente, debet requiri prorim⁹, superior qui primo precipiat, vt iustitiaz faciat, qui si non faciat, adeundus est Princeps, vt d. in authen. de man. Prin. §. sit tibi quoq; tertium. & si non est prorimus superior, adeundus est Episcopus antequam eatur ad Principē, vt in authen. vt diffe. iud. in princip. Ex hoc videtur quod antequam quis adeat iudicem terre sue pro petendis represaliis debet adire primum iudicem, & ipso negligente, superiorē, scilicet

populum,vbi populus dominatur,vel dominum,vel regē, vel principem:hoc autem non est indistincte verum. Iam illud qđ dicitur de adeundo Episcopo non arbitror opportunum esse, quia vsus talem constitutionem non admittit, nec Episcopi tali iurisdictione vtuntur in partibus istis. Simile not. extra de treuga ⁊ pace,c.j. ⁊ de rebus eccle.non alie.c.j.l.b.vj. Ꝫn eo qđ dicit authen.hoc ius potrectum.C.de sacrosanc.eccle.nō est de necessitate seruandum,facit quod dicta constitutio,vt diffe ind. nō reperitur approbata ab ecclesia: ergo,ꝛc.in c. ecclesia sancte Marie.extra de constit.sed illud quod dixi de adeundo primū superiorem de populo, vel domino videtur esse verum p dicta iura quādo populus iudex primus requisitus denegat facere iustitiam nil faciendo,ita loquuntur dicta iura. Si vero iustitiam ✳ denegat pronunciando, vel aliquid faciendo contra iustitiam, ✳ tunc si est iudex appellationis, ille proximior debet adiri,ante quam ad auxilium ciuitatis,vel terre propie. vel domini propriꝰ redeat,vt ff.de appel.l.j.§.si quis in appellatione. Si vero iudicem appellationis non haberet,vel appellari nō posset tunc recurreretur p̄ represaliꝭ ad iudicem suum,est enim quod imputetur illi populo vel domino,cur appellationis iudicē non constituit,ipse vero populus,vel dominus adeundus est,quia contra vel preter leges preteritas nō pōt facere lite pendente,vel finita,vt C.de transact.l.causas.⁊ in auth.in me. litis non fie,sa. for.⁊ dixi plene ff.de iusti.⁊ iure.l. omnes populi.eorū tamē est culpa,vt dictum est.Ex predictis patet, quod si in ciuitate esset aliquod statutum quod manifestam iniquitatem contineret,ita quod si ciuis alterius ciuitatis ibi litigaret certum est eum perdere,non est necesse qđ iudex illius ciuitatis requiratur.sed directo poterit quis requirere iudicem suum,qui requirat illam ciuitatem, vt ciui suo iustitiam faciat, ⁊ iniquitatem illius statuti quantum ad ciuem suum tollat: arg.C. de sacrosanc.eccl.authē. cassa.⁊ extra de heretic,cap.statutum ciuitatis.libro sexto.✳Sed 10 circa p̄dicta dubitatur, pone quod ciuitas vna habet iudices prime,⁊ secunde appellationis, cōtigit quod quis litigauit in causa principali,⁊ in prima,⁊ secūda causa appellationis succubuit contra iustitiā,qualiter succurretur huic? videtur enim destitutus omni auxilio.Iam ad Principem nō potest haberi regressus:quia non licet tertio prouocare:ergo nec ad ciuitatem propriam habere recursum,sed dicendum est,quod si quidem esset sententia lata ob gratiam partis,⁊ inique,tunc posset peti restitutio,⁊ sic posset peti coram maiore,vt ff.de minorib l. prefecti. argumen.C.de accusat.l.absentem, ⁊ ita poterūt peti represalie coram iudice proprio. Si vero sententia esset lata ob gratiam, vel dictum eorum qui regunt ciuitatem,tunc ipsi parti tenerentur ad interesse: quod apparet, quia criminaliter puniuntur.l. penult.C.vt lite pend. ⁊ de his, qui pen.no.l.j. ⁊ sic per consequens tenetur actione in factum ad interesse, vt ff.de fal.l. qui nomine.⁊ ff.pro socio.l.nec quicquam.Si vero sententia esset lata iniquē solum ex iudicis motu,tunc non video remedium contra partem, vel ciuitatem: quia non est quid eis imputetur, sed est remedium contra ipsum iudicem,qui iniquam proprio motu tulit sententiam,de quo remedio dicam.j.ꝛc.

Ad quartum queritur,que iustitia sit sufficiens causa cōcedendarū represaliarū: 11 Respondeo,quod primo† videndum est,quod non sit circa modicum:istud enim remedium represaliarum cum sit odiosum,vt extra de iniur.⁊ damno dato.cap. primo libro sexto. ⁊ est subsidiarium contra ius commune,vt dictum est, nō debet dari pro modico,vt l.scio.ff.de in integrum restit.⁊ ff. de dolo.l.si oleum. §.finali.cum similib.Secundo aduertēdum est,quod per predictam iustitiam ius partis totaliter ledatur, secus si ledatur aliqualiter,C.de prec.Imperator.offer.l.quoties.vt si totaliter iustitiam nō facit,vt C.de ser.fugit.l.mancipia.in fine.⁊ ff.de dam. infe.l.quarta.§.in eum.vel probationem non recipit,vt l.si quādo C.de testib.vel sententiam diffinitiuam iniustam tulit,vt C. de pe.iud.qui male iud.l.j.⁊ ij. Si autem partem grauaret ferendo aliquam interlocutoriam, tunc recurremus ad distinctionē que fit an ab interlocutoria possit appellari.vt eo casu esset sufficiens causa,quo possit appellari de iniustitia ad petendas represalias.alias secus. Qualiter autem hec iniustitia probetur, dicam infra,ꝛc.

Ad quintum queritur*, quomodo intelligatur, quod superioris copia haberi non 12 possit: Respondeo quandoq; † non potest haberi copia superioris de iure,nec de facto,quia nō est ⁊ tunc est clarum:vt dicto c. dominus noster.xxij.quest.ij.⁊ quod no.C.de Judeis.l.nullus. ⁊ ff.qđ vi aut clam.l.si alius.§.bellissime.cum gl.sua Quandoq; potest haberi copia de iure sed non de facto.Exemplū,Imperator est modo in Allemania,⁊ de iure est superior,tamen de facto in partibus istis et non paretur. Vel pone, Ꝫn Barbaria est rector p̄ sancta matre ecclesia,tamen de facto nisi potest propter occupationem tyrannorum,scilicet quod videtur superioris copia non haberi.Quandoque tamen non potest haberi copia de facto.nec de iure. Exemplū,* Aliquis tyrānus occupauit multas terras de facto, non de iure,nō est dominus,⁊ puto recurrendum ad ea que not. Innocent.in c.nihil extra de elect. videlicet qđ aut tyrannus ille sua authoritate occupauit,⁊ tunc non habetur p̄ superiore,⁊ non valeret qđ ab eo fieret, vt C. de sacrosanc.eccles.decernimus. Aut fuit electus ab habentibus potestatem facere per vim, vel metum, ⁊ tunc aut hoc non est notorium,sed p̄ vero domino se gerit,⁊ sic reputatur communiter,⁊ tunc habetur p̄ superiore vt l.Barbarius.ff.de offic.preto. Aut est publice notum quod est tyrannus non dominus,⁊ tunc non habetur p̄ superiore nec debet requiri,debet enim sic reputari; licet non sit, vt C.de testib.l.j. ⁊ per alia iura que alleg. Innocent. in d.c.nihil.ꝛc. Quandoque copia superioris potest haberi de iure,⁊ de facto, sed haberi non expedit quia forte expenderetur plus quam sit id, de quo contenderetur, vel forte passus iniuriam est pauper,⁊ tunc etiam puto quod non sit necesse quod adeatur superior, imo sit procedendum tanquam si superioris copia non haberetur, argument. C.de anno.⁊ trib.l.mediterranee.lib.x.⁊ ff.de pignoratitia actio. l.si seruos. siue ex parte iudicis, siue ex parte superioris adiri non possit idem iuris videtur, vt l.j.ff. de diuerl.⁊ tempo. prescrip.ꝛc.

ADDITIONES.

a Tho. D. Haberi non possit. Not.quod vbi dominus negligens habet superiorem a quo sperari potest iustitiam represalie non tenetur licite vide Felyn.in c.postulasti,in ij.declaratione de foro competen.⁊ ponas hic.

b Ad primum. Vide plene per Bart. Socin.in consil.cxv.in.j. vol incip.cum in presenti. Adde qđ dicta Bar.in hac questione ij.⁊ iij.refert.⁊ sequitur dominus meus Soci. in consi.cxvij. vo.⁊ dupli.⁊ in consi.cccxxj.vol.ij.

c Pro istis ergo personis. Vide do. Hart. Laud.in tract. de principibus,vbi sequitur dicta per Bar.hic.

d Ad tertium. Vide Bartho.Socin.in consi.cxv.incip.cum in presenti.

✳ Pronunciando. Adde,qđ hoc idem consulendo voluit Lom. qui refert Bar.hic concord.in consi.lxij.vol.ij.

e Ad quintum queritur. Vide do. Jas.in l. Barbarius.in lim. ff. de offic preto.

✳ Exemplum. Adde tu.⁊ vide Aller.de Imo.in consi.xxxvij. versi.excedit.vol.j.qui allegat Bar.hic.

1 Statutum.vel constitutio permittit represalias, cōdictione illius iuris additur iudex.

2 Represalie de iure communi petuntur manu regia. Represalie permittuntur de iure diuino,⁊ de iure gentium.

3 Represalias concedens non debet habere superiorem.

4 Potestas ciuitatis non recognoscentis superiorem de facto,nō concedit represalias, nisi statuto caueretur, sed regentes ciuitatem.

5 Ciuitas que subest alicui Regi,vel Principi,non potest represalias concedere.

6 Superioris copia ex parte concedentis represalias quis haberi non possit,vt ciuitas subdita illas concedere posit.

Tertia principalis questio est, per quem iudicē represalie possunt concedi. Circa quā queritur. Primo,quo iure adeatur quis,vt represalias concedat. Secundo, quis est ille iudex, cuius potestas debet imploriari p̄ represaliꝭ concedendis,ꝛc.

Ad primum queritur, quo iure adeatur quis,vt represalias concedat respon.⁊ fuit quidem per statuta terrarum, vel constitutiones dominorum illorum quibus est concessa potestas,tunc iudex adhibetur condition ex illo statuto,vel constitutione, vel iudicis officium implorabitur.secundum quod ex illo statuto vel constitutione precipitur l.vnica.ff.de condictio.ex lege.⁊ ibi plene dixi. Qualiter autem circa hoc statutum factum est probabiliter illud ignoro,vt extra 2 de constitu.c.j.lib.vj. Si vero querimus† de iure communi,tunc aduertendus est quod de istis represaliꝭ concedendis nulla iuris ciuilis cōstitutione cautum est,⁊ rationes,⁊ iura que ad hoc cogunt sunt magis de iure diuino,⁊ de iure gentiū,quod bella licite permittuntur, quam de iure ciuili, vt dixi supra j. quest. Sed illo iure gentium non erat actio,ne p̄ite formule agendi, sed omnia expediebantur manu regia.l ij.in princip.ff.de orig. iuris. Unde dico quod etiam hodie vbi ex iusta causa represalie postulantur de iure communi, non dicitur intentari actio vel ef-

vel officium iudicis implorari, sed magis dicitur requiri manus regia, seu potestas regia, secundum instituta iuris diuini, & gentium, quod a iure ciuili non est immutandum.

Ad secundum queritur, quis est ille iudex, cui potestas debet implorari. Respon. si quidem per statuta edita ab his qui habent authoritatem hoc aliquid est gestum, illi deuendi. Sed si de iure communi loquamur, tunc sicut ex parte illius, contra quem represalie concedentur, requiritur, quod superioris copia haberi non possit, vt dictum est, & sic ex parte concedentis represalias requiritur quod sit talis, qui superiorem non habeat, quod probatur: nam concedere represalias est indicere bellum, licet quadoque iustum bellum non inducatur vniuersaliter ex parte indicentis, vel eius, contra quem indicitur quod vni permittitur alios casu, scilicet particulares homines, & sic in dubio est particularis ex vtraque parte, vt dicam in viij. q. iiij. posset etiam esse vniuersale ex vtraque parte, sed bellum iustum non potest indicere nisi ille qui superiorem non habet, vt ff. de capti. hostes. ergo nec concedere represalias: ita tenet Innocē. extra de restitu. spol. capitulum. Ex hoc sequitur, quod si est aliqua ciuitas que solum de facto non recognoscit superiorem, & regitur per populum, secundum suos ordines, & statuta, quod potestas, & rector illius ciuitatis non posset concedere represalias, nisi eis specialiter aliquo statuto esset permissum. Deberet ergo adiri pro represaliis ipse populus, vel ordo vel apud quem est omnis communis potestas, & hoc puto verum. Item ex predictis sequitur, quod si est aliqua ciuitas que subest alicui Principi, seu Regi, qō nec ipsa ciuitas, nec aliquis officialis Principis, vel Regis, potest concedere represalias, sed ipse solus Princeps vel Rex. Dico tamē quod in omnibus casibus, in quibus dixi supra ij. quest. v. quod superioris copia haberi non intelligitur ex parte contra quam conceduntur, in illis intelligendum est superioris copiā non haberi ex parte concedentis, & in illis casibus ciuitas subdita Regi, vel Comes Regi subditus posset represalias concedere. Sicut enim in quibusdam casibus propter vrgentem necessitatem permittitur aliquibus quod ius sibi dicant, vt ff. que in fraudem creditorum. l. ait pretor. §. si debitorem. & ff. quod. vi aut clam. l. si alius. §. bellissime. & not C. de Judeis. l. nullus. ita in proposito ex dictis causis poterit ciuitas, vel dominus subditus concedere represalias: quia superioris copiam nō potest habere

1 Represalie ad hoc vt concedantur, sufficit quod petantur manu regia, nec aliqua solennitas iuris ciuilis requiritur.
2 Represaliarum concedendarum causa vera esse debet, & contra quos conceduntur, ius saluum sue defensionis, & numero, z.
4 Represaliarum sufficit ostendere solam concessionem absque processu.
5 Caute i vt fiat processus, & in scriptis redigatur antequam concedantur.
6 Ordo impositus per statutum in petendis represaliis, ille seruatur.
7 Statutum si concedit potestatem officiali concedendi represalias, tunc libellus datur, citatur pars, & lis contestatur.
8 Mandatum habens potest comparere ad defensionem eorum, contra quos represalie postulantur. Item quilibet de populo.
9 Represalie si petantur quilibet de populo ciuitatis comparere potest, ne concedantur.
10 Defensiones que opponantur ad hoc, ne represalie cōcedātur.
11 Represalias iuri petendi quo pacto quis renunciare potest.
12 Iustitiam denegatam modus probandi.
13 Iudex populus, vel gens faciens iustitiam, vel denegans iustitiam, obligatur parti ad interesse.
14 Libellus, quando represalie petantur quid contineat.
15 Represaliarum causa conceditur captura, & detentio ex primo, & secundo decreto.
16 Liber homo in casu necessitatis pro debito alieno capi potest.

Quarta questio principalis est qualiter, & quo ordine represalie concedantur. Circa quod queruntur plura. Primo quo ordine concedātur ab eo, qui non recognoscit superiorem. Secundo, quis sit ordo quando petuntur ab his, quibus est cōcessum per statuta populi, vel per constitutiones alicuius domini. Tertio queritur, parte requisita quis potest cōparere ad defensionem ne represalie concedantur. Quarto, si aliquis compareat quibus defensionibus vti potest. Quinto, qualiter iniustitia facta, vel iustitia denegata probatur. Sexto, an cum represalie cōceduntur permittatur capi, & detineri, vt ex primo, aut secundo decreto, &c.

Ad primum queritur, quo ordine cōcedātur quando petantur ab eo, qui nō recognoscit superiorem. Respon. vt in precedenti, † questione dixi. Isto casu non dicitur intētari actio, vel officium iudicis implorari, sed magis dicitur requiri manus regia, seu potestas regia, in instituendo iuris diuini vel gentiū, sed illo iure olim erāt in potestate regia, vnde nullus ordo, nulla solēnitas requirebat, sed illud erat quod regi placebat, dicta. l. ij. in principi. ff. de origi. iur. facit ff. de cōstitu. princip. l. prima. in princip. Unde in proposito dico, quod nulla ciuilis solennitas requiratur, nec libellus, nec alius ordo, nec scriptura, solum ergo illud requiritur, quod ius gentium requirebat, scilicet quod causa propter quā represalie conceduntur fit vera, alias fieret iniuria, & de iure gentium alterum alteri insidiari nefas est. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. Item qō eis, cōtra quos conceduntur, fit salua defensionis facultas, qō est de iure naturali, vel gentium, quod per Principem tolli nō potest, vt extra de re iud. c. pastoralis. §. ceterum. in clemen. Unde credo, † quod ille qui haberet represalias sibi concessas a domino Papa, vel populo cum non habetur superior, non habet de alio processu, vel ordine docere, sed sufficit solam cōcessionem ostendere, & omnia alia presumuntur recte acta, cum omnia in potestate concedentis essent & sacrilegū instar est. & c. l. sacrilegū. C. de diuer. rescript. & l. secunda. C. de cri. sacrile. & hoc verum in territorio cōcedentis. Sed periculum est primo quia gens † illa, contra quam fit hec cōcessio represaliarum poterit eodem iure vti contra concedentes, per titu. ff. quod quisque iur. & de hoc dicam infra. Secundo quia si ex aliquo pacto probetur de hoc cognoscit coram arbitris vel alio iudice non subdito ei cui concessit dominus probari quomodo iuste esset processum, ea iustitia que de iure gentium requiritur, vt supra dixi, alias appareret quod iniuste essent cōcesse, & ideo tutius est, quod processus fiat super hoc, & redigatur in scriptis vt cesset omnis scrupulositas, &c.

Ad secundum queritur, quis sit ordo, quando represalie petūtur ab aliquibus quibus † est concessum per statuta populi, vel per constitutiones alicuius domini. Respon. si quidem per statutum imponitur, ordo ille est seruandus, super hoc enim ordine potest statui, vt supra dixi in questio. ij. Sed si circa ordinem nihil est statutum, tunc procedit questio. Pone statutum † est quod aliquis officialis habeat potestatem concedendi represalias cuilibet iuste petenti, quis ordo seruabitur illo casu: Et certe talis officialis habet potestatem a iure ciuili, quia talia statuta sunt iuris ciuilis. Omnes populi. ff. de iusti. & iure. & ipsius officialis officium implorabitur, & sic secundum ordinem ciuilem erit procedendum, vnde dandus erit libellus, pars citanda & parte comparente lis contestanda secundum formam auth. offeratur. C. de li. contest. parte vero non comparente procedendum erit sicut contra contumacem de iure proceditur, quod declarabo infra in vl. questio. huius questio.

Ad tertium queritur quis, parte requisita, potest cōparere ad defensionē, ne represalie concedantur: Respon. † partem requiri intelligo gentem, vel populum, contra quem represalie postulantur, quo casu ad defensionem potest comparere persona quelibet habens mandatum ab illa gente, vel populo, & de hoc non est dubium. Secundo modo potest comparere quilibet de populo illo, vel gente, contra quem, vel quam represalie postulantur, quoniam omnium interest, vt ff. de oper. nou. nunc. l. in prouinciali. §. primo. Tertio, † (vt puto) poterit comparere quilibet de populo illius ciuitatis, a qua petuntur represalie. Nam eorum interest, ne represalie indebite concedantur, ne forte ciuitas, contra quam cōceduntur, eodem iure vtatur, & faceret capi homines illius ciuitatis represalias concedentis.

Ad quartum queritur, si compareat aliquis, quibus defensionibus vtatur ne represalie concedantur? † Respondeo, quedam sunt defensiones, que causantur ex defectu iuris petentis, de quibus in precedenti dictum est, Quedam sunt que causantur ex defectu persone petentis represalias, de hoc dicetur infra. Sunt etiam quedam alie defensiones. Primo, vt puta si paratus est emendare quod improbe factum est, vt preallegato cano. dominus noster. xxiij. questio ij. quod intelligo, si de hoc satisfiat idonee argum. C. de bo. author. iud. pos. auth. & qui iurat. Secūdo si esset dubium, an esset denegata iustitia, tunc potest petere quod super hoc dubio, an sint concedende represalie cognoscatur, cum ibi non possit litigare secure, secundum ea, que dixi supra. ij. q. ij. per easdem rationes. Sed pone, † vt de facto sepe accidit in his, qui eliguntur rectores alicuius ciuitatis, & promittunt non petere represalias, an poterit contra eos excipi de

tali promissione: Videtur q̄ non, sicut non valet pactum quod quis non possit laudū reducere ad arbitrium boni viri. Tu dic, vt supra dictum est septus. ¶ Sta enim petitio represaliarum succedit in loco deficientis iurisdictionis superioris: & ideo represalie fi petantur, quasi iniquefit condēnatus, vel iniuste, & sic habet recursum ad ciuitatem suam sicut haberet ad iudicē appellationis, & tunc potest sibi opponi de pacto: sicut enim potest iuri appellandi renunciari vt C. de tempo. appellat. l. fin. & ff a quib. appel. non licet. l. j. §. si quis ante sententiam, ita & huic iuri quod succedit in locum eius. Si vero petat represalias propter aliam iniustitiam sibi factam, vel iustitiam denegatā, & tunc non potest opponi de primo pacto, quia tam nō valet pactum, per quod remittitur delictum futurum. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. & l. conuenire. de pact. dot. &c.

12 **Ad quintum** queritur, qualiter iustitia denegata probetur: ℟ Respondeo per acta, per testes: puto etiam quod potest requiri iudex primus, vt actorum copiam faciat: quod si non faciat, istud est iniustitiam facere, vt C. vt lit. penden. l. ū. Est etiam alius modus multum expeditus videlicet, quod, factis omnibus requisitionibus debitis, vt supra dictum est, tunc ille, qui patitur iniustitiam, vel sepati dicit, adeat iudicem a quo intendit petere represalias, qui iterum mittat nuncium, vel ambasiatorem, quod huic iustitiam faciat, nec relationi talis nunciī, vel ambasiatoris stabitur, vt in auth. vt differ. in. j. §. i. vbi dicitur, quod statur literis eius, cui hoc fuerit commissum: sic ergo idem erit in proposito &c.

Ad sextum queritur, an cum represalie cōceduntur permittatur capi, & detineri, vt ex primo
13 aut ex secundo decreto. Circa quod sciendum est, quod iudex, gens, vel populus qui facit iniustitiam vel denegat iustitiam, obligatur parti ad interesse, vt Instit. de oblig. que ex quasi delicto in prin. & ff. de var & extraor. cog. l. si iudex. C. de testibus. l. quando. in fine. C. de ser. fug. l. mancipia. in fi. ff. de magistratibus. l. j. in princip. de damno infec. l. quarta. §. in eum. Unde libellus,
14 †qui datur quando represalie conceduntur, primo debet cōtinere qualiter facte fuerunt requisitiones debite, & fuit iustitia denegata, propter quod partis interest in tanta quantitate, quare petit dictos officiales commune, & homines ipsius condemnari in quantitate predicta sibique concedi licentiam capiendi & detinēdi homines dicte terre, & res ipsorum vsque ad satisfactionē dicte quantitatis: tunc si quis compareret, & ordinarie litigaretur, sententia que daretur pro actore dicte represalie, haberet vim executionis rei iudicate, & illud posset fieri quod fieret de rebus que in causam iudicati caperentur, & ordo
15 est manifestus. Si vero nullus compareret, †tunc debet dari primo licentia capiendi vel detinendi, vt ex primo decreto, vt tedio affecti veniant responsuri, tunc si in contumacia perseuerauerint, perquisita veritate, dabitur licentia capiendi ex secundo decreto, sicut in alijs casibus iura sunt vulgaria. Nec mirum, si in causam iudicati capiuntur liberi homines, in quos ciuitas illa contra quam cōceduntur represalie ius habet: quare hoc sit
16 †talias in casu necessitatis. l. pro herede. §. si quid tamen. ff. de acquir. hered. in fi. glo. mag. & ibi not. Sed si statutum aliter disponeret, tunc illud esset seruandum. Possunt enim super his, que expedienda sunt super concedendis represaliꝫ statuere, vt in precedentibus dictum est, &c.

ADDITIO.

a Tho. Dip. Manus regia. in ō. quod dicit Bar. hic, quod ille qui non recognoscit superiorem, non teneatur seruare ordinem, & quod nulla solennitas requiritur, nec libellus, nec alius ordo, nec scriptura & quod habens represalias ab eo non debet alio processu docere, sed sufficit solam concessionē ostendere, omnia alia presumun ur tanquam manu regia facta. Ita dicit Bal. in consi. cxij. in ū. vol. incip. quatuor ad probādum. in prin. & alleg. Bar. hic & inducit dominos Venetos qui non recognoscunt superiorem, qui concesserunt represalias contra dominos Mala testas de Arimino.

1 ℟ Represalie conceduntur incolis, qui munera, & grauamina ciuitatis soluunt.
2 ¶ Priuilegia alicuius artis, quis non habet, si artem non exercet.
3 Represalie conceduntur ciuibus non subiectis, & factiones cōmunis non facientes ex priuilegio.
4 Licet nō faciēs factio es ex cōtumacia, si petit represalias, ciuitas potest illas ei denegare, alius autem conqueri nō potest.
5 ℟ Represalias petēs, phat duo, scilicet se incolā, & munera subire.
6 Prelaturam habens in ciuitate, an dicatur ciuis.
7 Ciuitas an possit concedere represalias ciui suo ex conuentione contra ciuitatem originis. & num. 9. vbi quod sic.
8 Ciuitatis potestas est maior in ciuem quam potestas patris in filium.

10 Represalie non conceduntur forensibus.
11 Represalie non possunt concedi ei qui post factam iniustitiam effectus est ciuis, vel incola.
12 Potestas, stipendiarij & scholares habētur pro ciuibus in loco vbi exercent officium, stipendium merentur, & studentes quo ad omnia.
13 ℟ Represalie, quando, & quo casu possunt predictis concedi.
14 Statutum quod ciues vnius ciuitatis tractētur vt ciues, quo modo intelligatur, & quando represalie talibus concedi possunt contra tertiam ciuitatem.

Quinta principalis questio, quibus represalie sunt cōcedende: circa quod quo runtur plura. ¶ Primo an represalie sint concedende, & an sint cōcedende incolis. Secūdo an ciuibus nō subiectis iurisdictioni seculari, vel non facientibus factiones communis. Tertio queritur an ciuibus nostris ex conuentione possint concedi represalie contra ciuitatem originis, vel econtra. Quarto queritur an ei qui postquam passus est iniuriam factus est ciuis, sint represalie cōcedende. Quinto queritur, quid de his, qui pro ciuibus habentur ex lege vel statuto. Sexto queritur, quid si ciues vnius ciuitatis in alia ciuitate debent tractari, vt ciues illius ciuitatis, an ibi possint petere represalias contra tertiam ciuitatem, vel non, &c.

a **Ad primum** queritur, cum represalie sint cōcedende, an sint cōcedēde incolis: ℟ Respō-
1 si quidē est talis incola qui munera, & grauamina ciuitatis quę colit subīt, tunc ei sunt cōcedēde represalie ex causis legitimis.
7 ratione. †Hec predictis obstat l. predia. ſ. ita legatum. de fun. instru. qz ibi loquitur in aggeribus, & fossis que sunt inter ipsum fundum. & sic sunt iura proprietatis, & vsus dominij ipsius fundi, vnde cum vẽdantur veniunt mensuranda. † Sed dubitatur qualiter iste fosse, que sunt in fundo, mensurantur, vcz, an mensuretur superficies, que sit a latere fouee, & que sint in fundo fouee, an vero mensuretur cum toto agro, sicut si fouee plene essent. Respondeo, ager dicitur ab agendo secundum Hugutionem, & sic ab actu quia per eũ possunt boues, & alia animalia duci quod importat nomen actus. Si igitur fouea esset ita plana, & eius latera ita lata quod laborari rentur, vel laborari possent cum bobus, dico eam mensurandam. Si vero (vt sepe accidit) ripe foueaꝝ sunt erecte, ita q̃ per eas iri & agi nõ possit, tũc fouee nõ mẽsurantur cũ fundo, ac si plane essent, & ita obseruatur.
8 Ita dico, † de ripis, que in fundo essent, vt si quidez cum bobus coli possent eoꝝ superficies veniat mensuranda: secus, si ita essent erecte, quod sic coli non possent: tunc enim mensuratur solum, quod dicta ripa continet, sicut si in fundo aliquis murus esset, eadem ratione predicta vera nisi aliter actum sit expresse vel tacite, l. id quod. ſ. primo. de pericul. & commodo rei vendi. Dico autem tacite. puta, si ad mensuram aliquod predium venderetur montuosum. farosum, vel plagiosum seu riposum. licet enim hoc proprie agi non potest, tamen mensurabitur, sic enim
9 actum videbitur. De concauitate † vero sulcoꝝ. qui sunt annalis culture, vel aque deriuande, vt ff. de aqua plu. arc. l. j. ſ. de eo opere. dico in mensura rationem non habendam, quoniam ille non est forma agri perpetua, sed culture causa factum, fouee
10 † vero agri ad perpetuam vtilitatem fieri dicuntur, vt ff. de impen. in reb. dot. fa. l. impense. Ei autem, quod dixi predictum est riposum, vel plagiosum esse mensurandum, contradicere videtur quod ꝛ. dixi ripam & loca que ripe cedunt, p̃ si nõ posse vendi. Sed respond. omnia loca que a plano incipiunt vergere vsque ad aquam, intelligendum est propter allumonem aque. si enim intra duos montes vadat flumen non omnes partes
11 ditie montis dicentur ripe, quoniam naturaliter vergent versus aquam, vt not. in d. l. pen. de flum. Huius gratia † quid sit planities, inuestigandum est. Ad quod sciendum est habita notitia eorum que plane opponuntur, vt mõs, vallis, collis, & similia, mons locus altus est, l. si edes. ꝛ. de seruit. vrba. pred. quod intendo de magna altitudine, quod j. dicam: dicitur autẽ mons secundum Hugutionem, & Papiam a mouendo per contrarium: quia non mouetur quod intelligo non de ea immobilitate que vniuerse terre congruit, sed qz non mouetur, scilicet per culturam, id est, non colitur. terra enim que colitur, bene mouetur. Durat igitur mons vsqꝫ ad locum quo coli incipiunt predicte. Igitur montiũ appellatione non continetur, quia ibi terminatur mõs, & ita vtimur nisi certi loci vsus aliter se haberet. si tamen intra montes essent aliqua culta, montis appellatione continentur, sicut pars appellatione totius, vt ff. de rei vendi. l. in rem. ſ. quecunque. Collis autem ab altitudine montis videtur esse. Proprie autem collis dicitur a colẽdo, quasi mediocris mõtes, quia coluntur. Ita exponit gloss. scripture diuine super illo versu. Psalmi. Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium. Sunt enim montes magne altitudinis, & communiter sunt inculti. Colles vero mediocris altitudinis, & communiter sunt culti. Intelligo autem colles habẽtes altitudinem propriam non continuatam cum montibus nõ habentibus magnam altitudinem. Si enim continuarentur, tunc si essent culti, dicerentur penditie montium, vt dictuꝫ est, tamen in omnibus partibus locus magne altitudinis: licet cultus dicatur nonnullis locus parue altitudinis licet incultus dicitur collis. Distinguitur ergo mons a colle, altitudine, vel cultura, vel estimatione circuncolentiuꝫ, simile. ff. de flum. l. j. ſ. j. Vallis vero dicitur locus
12 † montibus, vel collibus circundatus. a vallo vallas, quod idez est quod circũdare, & est locus planus parue seu mediocris magnitudinis. Planus dicitur † a platos, Grece, q̃ idez est, quod
13 equalitas secũduꝫ Papiam, duo igitur requirũtur. Primo q̃ sit latus. Secundo quod sint eius partes equales, id est equaliter plane, ita quod vna aliam non superexcedat. Distinguitur
14 ergo † vallis a plano, circundatione. Potest enim planus esse
a non circundatus a montibus vel alia altitudine, & virtute vallis autẽ nõ dicitur nisi ab altitudine circundata. Requiritur etiam altitudine, qz si sit locus parue latitudinis mediocriter collibus circũdatus, tũc dicitur vallis. Si autez est magne latitudinis, tũc dicitur planus. hoc autem stat in opinione lentiũ. Differt etiam qualitate, qz vallis dicit etiam si parue
15 tem † qualis esse debeat, dubitari potest. Puto autem omnino dam partem, que vergit. Vix enim reperitur locus, qui aliqualiter in aliquam partem non vergat, saltem tamen vt prossus aqua demonstrat, ideo dixi sufficere quod non vergat, simile. ff. de edil. edic. l. cum edes. notabiliter autem in vnam partem vergere probabiliter dici potest, quãdo inde aqua profluens multa de terra aufert, ita quod eius vsum, & culturaꝫ facat deteriorem. ff. de aqua plu. arcen. l. j. ſ. fi. & arg. de edil. edi. l. j. ſ. secundo.
16 In his autem multum circuncolentium opi. facit. † Fosse agrorum, & viarum ripe ipsius plani sunt, loquor autem de plano tali, vt si de plano Tyberis loquitur. Sicut enim fosse que sunt in fundo, fundi sunt, ita que sunt i totali plano, plani sunt. l. predia. ſ. legatum. de fund. instruc. & statuta que loquitur de his, que in plano Tyberis committuntur, locum habere etiam in his, que in dictis foueis committuntur, & ripis communiter
17 contingeret. †Quid ergo, si committeretur in loco, qui propter attractionem aqua versus flumen vergit, an in plano Tyberis dicatur esse commissum? Videtur quod non, dicta penult. ff. de fluminib. ex quo a plano vergere incepit. licet traditio, a, separationem denotet, vt ff. de action. empti. l. bona. ſ. finali. ergo ille locus sic vergens est separatus, & distinctus a plano

plano. Respō. si queratur an talis locus appellatione agri mei contineatur. dicendum est quod non. per rationem predictam.

18 Sed vero queritur an totalis planus Tyberis appellatiōe cōtineatur. attendendum est, si quidem flumen planum vadit ita quod ab vtraq; parte fluminis planum Tyberis nominetur. q; in dicto loco fieret, in plano fluminis factum esse diceretur, qui nimo etiam quod in ipso flumine fieret in tali plano, sub totali appellatione nominato factum esse diceretur. Cum enim ipsius flumen aditus, & exitus ab vtraq; parte vnius plani appellatio ne contineatur: ergo, & ipse fluuius alias flumen per medium dirimetur, nec esset vnus planus, sed plures plani. arg. ff. de verb. signifi. l. recte dicimus. facit, & est quasi casus, qz qs̄ fit in aqua putei in ipsa re factum esse videtur, vt ff. de aqua quoti. & estiu. l. qui in puteum. §. is qui. in prin. q; si in illa parte fluminis essent montes vel colles, tunc ille locus propter aque attractionē vergens plani appellatione non contineretur. sed vbi planus desinit, & locus ille rspe fluminis cedit. d. l. pe. nec etiam ipsum flumen alium debet aditum, arg. ff. vti pos. l. si duo. §. sed si supra eis. cum simil.

ADDITIONES.

a ¶ Agri nomine. Vide Bal. in rub. ff. de acq. re. do. & Ang. de are. in §. preterea qō per alluuionem. inst. de re. diui. Tho.

b ¶ Huius gratia. De ista materia ponit plene do. Feli. in c. Rodulphus. in verl. declarantur de rescrip. & vide Alex. de Imol. in consi. xxv. in vij. vol. incip. consideratis his. Tho.

1 ¶ Ager dicitur noster vt habeat locū alluuio non solum respectu dominij, vel quasi: sed etiam iure pignoris, vel vsufructus, vel quouis alio modo.

2 Via inter media agro non impedit ius alluuionis.

3 Predia ciuitatis que coluntur, sicut priuata habent ius alluuionis.

4 Additum per alluuionem platee vel campo, cui acquiratur.

5 Additum alluuiōe loco sacro, vel religioso, vel alicui cemeterio non acquiritur, & in nullius bonis est, & occupanti concedit. Locus sacer interimedius impedit ius alluuionis.

1 **Nostro.** †Nostrum a quidem, quantū ad presens spectat, ager dicitur, quod siue ad nos pertineat iure dominij, vel quasi, vel iure pignoris, vel vsufruct⁹ vel quouis alio. si enim ager ad nos spectat iure dominij, eodem iure alluuio pertinebit. vt hic. Et idem si quasi dominij, vt ff. de publi. Si ego. §. quod tamen per alluuionem. idem si pignoris, vt ff. de pigno. act. l. si conuenerit. §. si nuda. de pig. l. si fundum. in princ. Item si vsufructus, vt ff. de vsufru. l. item si fundi. §. j. Plus est, quia si fundus ad nos spe quadā spectaret, illo iure ad nos spe craret alluuio, vt ff. de leg. j. l. quod in rerum. §. j. eodem enim iure quo fundus censetur. Item lz hic dicat, agro nostro. inst. eo. §. preterea. dicit agro tuo, intelligo autem, q; si alicuius, id est, ad

a aliquem iure priuato pertineat. †Si enim esset iuris publici, vt via, tunc in ea adheret, & iuris publici non efficeretur, sed eorum, qui prope viam predia possidēt, vt ff. de acq. re. do. l. Martius. & quod no. inst. de re. diui. §. riparum. que autem sunt †predia ciuitatis. non tamen in vsu publico, sed per ciuitatem coluntur. sicut per priuatum ea ius alluuionis habent. sunt enim tanquā priuata, vt ff. de contrah. emp. l. sed Celsus. in prin. †Quid dices, si alicui campo, in quo fieret forum, vel forte platee per alluuionem flumē ad iderit. Resp. isti campi platee sunt, platea autem fm Hug. & Pap. idem est quod via ampla seu via lata: ergo

2 & ius viae cedit iure publico non officit, vt d. l. Martius. † Quid

5 autem, si alicui loco sacro, vel religioso flumen adiecerit vel alicui cemeterio, vel loco aliter cōsecrato. Resp. ei non acquiritur. non enim est ager noster, sed in nullius bonis est, vt ff. de re. di. l. j. Hic potest dici q; queratur ei, qui ab alia parte loci sacri predia possidet. locus enim sacer medius impedit acquisitionem, licet via non impediret, vt ff. de aqua plu. arcen. l. si prius. §. sed locus sacro. & de ser. l. seruitus. §. fi. Non enim potest dici, q; locus sacer ita dicatur predij, sicut dicitur de via, d. l. Martius. Via enim destructa, suppletur a predio vicino. l. si locus. §. fi. ff. quem admo. seruitutes amit. qō de loco sacro non reperitur. Puto autem, q; talis alluuio in nullius bonis sit, sed occupanti concedatur, sicut in alluuione, que agris limitatis accedit, vt ff. de flu. l. j. §. si insula. & §. seq.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Nostrum. Nota, q; si arbor tua vi fluminis delata in agrum meum se coaluit cum terra, an efficitur mea, & an potes agere cōtra me ad estimationē arboris, vide plene per Bar. de Cast. in l. hoc amplius. §. de his autem, & ibi Alex. in secundo nota. ff. de dam. infec.

1 ¶ Flumen publicum dicitur quod perpetuo currit, que autez in hyeme currunt, & non estate, priuata sunt.

2 Flumen priuatum nihil tribuit, per alluuionez adijcere tamen potest.

3 Torrentia seu fossata agrorum cur priuata sunt.

4 Fossata posita in confinio duorum predictorum communia sunt.

5 Fossatum existens prope finem predij de quo apparent instrumenta antiqua, in quibus possessores emerūt predia a latere, intelligatur esse eorum, qui predia a latere possident.

6 Alluuionis ius an habeat locum in riuis.

7 Fluminis ripa, que erat intra predium, si corruit, ita vt flumen alueum mutet, alueus acquiritur predio.

8 Stagnum, & lacus si priuata sunt, non habēt ius alluuionis, secus si publica.

Flumen. De flumine publico loquor. & ista declarabimus, per quam exprimit q; loquitur de fluuiis, q; est

1 iuris publici, probat. Flumina publica †sunt, que perpetua sunt, vt ff. de flu. l. ij. §. ij. & ideo gl. insti. de re. di. §. fluuiorum super tex. qui dicit, q; flumina omnia publica sunt, exponit oia, id est. ppetua, vt Padus, & Rhen⁹. Quedā vero sunt priuata, vt fossata in agro posita, que qñq; currunt, quandoq; nō. Ista sunt verba gl. Ire Roff. in libellis super interdicto. ne qd in flu. publi. dicit, q; flumina que in hyeme currūt, in estate nō, sunt priuata. & bene dicit. Ista eiā vocant torrentia, vt ff. de flu. l. j. §. torrens. Si igitur

2 †priuata sunt, per alluuionez nemini possunt aliquid tribuere. si enim cursum mutant, semper solū remanet eius. cuius primo erat. Quod aūt dixi per alluuionem non posset adijcere, intelligas apponēdo ita q; predij extendatur, supponendo vero potest adijcere, sicut pinguedo agri superioris adijcitur agro inferiori, l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. Et si † queratur, cur priuato-

3 a rum sunt ista fossata, seu torrētia, dico hoc facti esse. Pōt enim probari, q; per alicuius predium aqua prorupit, & fossatum fecit vel inter predia plurium aqua iuit. tūc secundum terminos antiquos predia erūt diuisa, & alia fossata. Vel si pōt probari qualiter sunt ab antiquo possessa: qō si (vt sepe accidit) nullum istorum vel aliud sufficiens possit probari, tūc puto illorum esse qui prope ab vtraq; parte predia possident cuiuslibet vsque ad medium, arg. eius quod dicitur de insula, & alueo dimisso. ff. de acq. rer. do. l. adeo. §. insula, & §. qō si toto. & quod dicam in ij. & iij. lib. huius expressum esse comperies. ff. de aqua plu. ar. l. ij. §. preterea. vbi tex. dicit, si in confinio fossa sit. & glo. exponit in confinio

4 scilicet duorum prediorum, & sic erat communis fouea. † Et sic infert, quod eo ipso quod est in confinio prediorum est communis. quod etiam expressius declarat ibi text. dum dicit, eam partem que tibi accedat, & sic expresse innuit, qō eis qui ab vtraq; parte possident predia accedunt. quod intelligo nisi ea fossata essent in vsu publico. tūc enim dicerentur publica, vt ff. ne quid in loco public. l. ij. §. hoc interdictum. & est expressum ff. vt in flu-

5 mi. publico nauiga. lic. l. j. §. fossa. † Sed quid si reperiuntur instrumenta antiqua, in quibus possessores predioz̄ a latere emerunt predium. & prope finem appositū fuit fossatū? Videtur ad eos pertinere. Ipsa enim emimus, non confines, pro quo facit quod fundi nihil est, nisi quod intra se continet. vt ff. de action. empt. l. fundi. in princip. Credo qō similiter intelligatur esse eorū, qui a latere predia possident, vt d. probatū est. Hec obstat q; fines non emūtur, qz fateor, sed tamen possibile est, qō rei vendite accedunt, sicut si emerem fundū, & accessiones, & ponerem pro fine ripam fluminis⁹, sicut etiam ponerem pro fine viā, quo

b ad quid fundo cedit, vt ff. de acqr. rerū domin. l. Martius. Hec obstat. d. l. fundi. in princip. qz illa regula qō fundi nihil est, nisi quod intra se continet, patitur exceptiones per alias regulas, vel leges, vt in aqueductu: qui est extra predij, vt ff. de contrah. emp. l. si aqueductus. & in limitibus predioz̄, & in vijs, vt supra dictum est. & in tali fossato. l. ij. §. preterea. de aqua plu. arcenda.

6 †De riuis vero, & alijs nominibus fluuioz̄, seu que aquarum cursus significant quid iuris sit, & an in eis alluuionis sit ius. in ij. li. vbi de insula tractabimus, dicet: qñ tex. in l. j. ff. de riuis.

7 de hoc ibi facit mentionez. †Sed quero qd si ripa predij versus flumen naturaliter se extendit, qz forte ibi erat lapidicina accrescens, de qua dicitur ff. sol. matrim. l. diuortio. §. si vir in fundo. & euidenter videtur Pisis apud montem Pisanū in lapidicinis marmoreis, vel in terre motu fluminū vbi ripa erecta corruit, & ipsa iuncta predio remanens fluminis in alueo per eum locum cessare fecit. Respondeo, puto totum locum domino predij accedere, sicut per alluuionem: omnes enim iste accessiones que diuina natura obuenunt nullo facto humano interueniente, eiusdem nature sunt, vt ff. de vsufructu. l. item si fundi. §. primo. & hoc videtur sentire Azo in summa Institut. de rerū diuisio. siue enim flumen predio meo addat, & propter hoc ab eo simpliciter recedat nil addendo nobis accrescit, vt ff. de acquiren.

rerum domi.l.Martius.hoc autem nil addēdo recedit, sed ab eo recedit naturali impulsu. Istud autem incrementum quod quandoq; ripa naturaliter excrescente contingit, dici potest alluuio: q; latens incrementum est,quando vero ruina vel terre motu contingit potest dici incrementū alteri recedentis de quo dicemus in tertio libro huius operis,cum enim repente fluit, alluuio non est. De lacu vero,z stagno dicendum est, q; quādo lacus,z stagna sunt priuata,tunc nō est dubium,q; per alluuionem nō vni detrahit nec alij addit:sed locus ille, qui inundatur aqua lacus,vel stagni,etiaz ita inundatus remanet eius, cuius primo erat,vt ff.de acqui.rer.do.l.lacus.de aqua plu.arc.l. vicinus.§.fin.Quidam lacus,z stagna sunt publica;z hoc duobus modis,quandoq; enim sunt publica,id est, Reipu. z ibi nullus piscatur,nisi cui Respu.commiserit,vt in lacu Perusino, tunc idem,quod si essent priuata,vt ff.de contrahen.empt.l. sed Celsus.quedam sunt publica,vt in vsu publico:per eum enim quilibet piscatur ad placitum,tunc addit z detrahit per alluuionē sicut flumina publica,vt ff.de verb.signi.l.litus.z ff. vt in fluui. publi.na.lic.l.j.

ADDITIONES.

a ¶ Et si queratur. Plures questiones de fossatis vide per Feli. in c. Rodulphus,de rescrip.z vide Bar.in l.predia.§.si ita legatum.z ibi scripsi in apost.mea.ff.de fun.instru.Tho.

b ¶ Ripam fluminis. Vide plene per do. Alex.in consil.xliij.in vj.volu.incipi.omissis argumentis.vbi plene ponit de doctrina Bar.hic,z est duplicatum in consi.cxv.in secundo volu. z idem Bald.in rub.ff.de rerum diuisione.in vij.columna, in fin.z seq. Tho.

1 ☞ Adiecta dicuntur que ita adjiciuntur vt vniantur.
Quicquid alluuiōe adjicit,z vnitur predio nostro,nostrum est.
2 Proiectum per flumen in agrum nostrum,nostrum non est,si conceditur occupanti.
3 Arena adiecta alluuione fundo nostro,nostra est.
1 **Adiecerit.** †Adiecta dicuntur ea,que ita adjiciuntur, vt vniantur,vt ff.de rei vendicat.l.in rem.§.item quecunq;. Vniri autem dicuntur,quādo partes inuicem cohereāt. apparet enim euidēter id quod per alluuionem additur alteri predio cohērere.si quid autē sit quod adjiciatur, ita quod cohereat siue terra,siue lignum, siue es, nostrum erit.
2 Illud autem† quod per flumen in nostrum projicitur,q; nō cohēret,licet nullius sit,tamen nostrum non est,sed occupanti cōceditur,vt patet in apibus z fauo mellis ab apibus facto,vt ff. de acqui.re.domi.l.naturalem.§.apum. Instit.de rerum diuisi. §.apum. Hic etiam apparet q; fundi non est,nisi quod intra se continet,ita q; sit affirmum,vt ff.de actio.emp.l.fundi.in prin.facit.ff.de acquir.posse.l.iij.§. Neratius. † Quid autem dicemus de arena cuius partes inuicem non cohērent,an nostra efficiatur? Respō.cum hec materia terrea sit, nec cuius sit,appareat, cum ipso fundo confundi dicitur, sicut dicimus pecunia mista cum pecunia,vt ff.de sol.l.si alieni.hoc etiam apparet,quod omnia incrementa fluminum que fiunt per alluuionem sunt additamenta arenosa. De isto igitur iure,vt s.dixi sic sentio,vt glos. sentit.

Iure gentium. Hoc est ius quo omnes gētes vtuntur,vt ff.de iusti.z iu.l.iij. §.fi.competit ergo istud ius deportatis,z ceteris qui iura ciuilia perdiderunt,vt ff.de pe.l.quidam sunt.

1 ☞ Adiectum alluuione nobis acquiritur ipso iure absque facto hominis.
a Adiectū alluuione agro, possidetur eo iure, quo possidet ager.
3 Alluuio non habet locum in agris limitatis.
Agri limitati,dicuntur agri capti ad hostibus,z inter milites diuisi.
4 Territorium vnum si Princeps diuidit inter plures,dicitur ager limitatus,z non habet ius alluuionis.
5 Territoria diuersa si diuersis integre assignantur, non dicuntur agri limitati.
6 Alluuio non tribuit iurisdictionem,sicut tribuit dominium rerum priuatorum,z nu.9.
7 Jurisdictio est iuris publici.Et qualiter sit iuris publici.
8 Jurisdictio si diuidatur flumine quelibet ciuitas vel dominus habet iurisdictionem in ipso flumine vsque ad medium.

1 **Acquiritur nobis.** †Acquiri nobis intelligo eo iure,q; ager primum ad nos pertinebat,vt supra dictum est, cum exposuimus verbum nostro,z fit acquisitio ipso iure gētium absq; alicuius hominis facto.an autem sic acquiri dicatur,vt possideamus,q;
a per alluuionem adjcitur,dubitari potest:sed cuin hoc*,†quod
2 adjic.tur pars primi agri sit,non nouus ager, puto q; id quod adiectum est,sicut primus ager possidetur,arg.ff. de acquirēda possess.l.iij.in prin. In eadem opinione quis videtur esse,vt velit totum fundum possidere,vt ff.de lega.j.l.si ex toto,in principio
5 z l.quod in rerum.§.pe.† Predicta autem non habent locum in agris limitatis,vt ff.de acquirend.rerum domin.l.in agris.z ff. de flu.l.j.§.si insula. Quid autem sint agri limitati, ibidem Jurisconsultus explanat,hoc est ager captus ab hostibus z diuisus inter milites,vt sciretur quid cuiq; datum esset q; venisset, z quod in publico relictum esset.d.l.in agris.in fi.si ergo Princeps vnum integrum territorium vni assignaret,nō erit ager limitatus,vt hic patet:quia non est diuisus. Et hoc vult text.in d.l.in agris. dum dicit q; si ager totus apud Remp.retinetur
4 non est ager limitatus. † Sed si vnum territorium Princeps inter plures diuidit b, tunc agri limitati sunt,nec ius alluuionis
b habēt.d.l.in agris. z de flumi.l.j.§.si insula.ratio huius potest esse:quia postquam Princeps limitate decidit,vult quod sint per limitate possideantur,vt semper sciatur quātum habuit de beneficio Principis:nec possit dici,quod habuit beneficio fortune,vel dic q; nō est.quia fluminu loco censitorū habentur, hoc est illorum officialiū qui propter cēsum accipiūt de iure vnius, z dant alteri sicut dicti officiales non possunt mutare cōcessionem factam per principem ita nec flumen,arg.ff.de acquirend. rerum domi.l.ergo.§.penulti. Sed huic rationi contradicit oppositio 30.quam facit in Sum.instit.de rer.diui,vers.nouus autem alueus.vbi dicit,flumina habētur loco cēsitorum,id est iudicum z principum,vel iuris authoritate.ideo non habēt ius alluuionis,q; pro illis predijs non tenentur solnere factiones, ideo in alio grauantur,vt C.de fun.lib.l.fin.lib.xj. Vel dic non esse rōnem querendam,postquam habemus determinationem
5 In agris igitur limitatis non h; locum ius alluuionis. † Sed quid, si plura territoria capiātur,z quodlibet territorium per se integrum diuersis militibus assignetur? Respondeo non ex agros limitatos,sicut si vnū integrum vni assignetur, vt dictum est.argumen.ff.de verb.obligatio.l.scire debemus. ij. respon.
6 † Quero,si territoriums, z iurisdictiones ciuitatum,z episcopatuū sunt diuisa,z terminata per cursum alicuius flumnis,an
c cut flumen accipit de iure vnius,z dat alteri iure dominij,ita fiet in iure iurisdictionis? Et videtur q; iurisdictiones nō mutentur:sunt enim limitate a Principe: ergo videtur agri limitati. d.l.in agris. Et sic dico,q; hoc non apparet,dicam q; iste limitationes sunt antique,z a tempore cuius memoria nō existit.ergo habentur iure constituti per principē,vt ff.de aqua qua.arce. l.hoc iure.§.ductus aque.z sic videntur limitati. Sed ex ratione non est sufficiens,pone enim,quod princeps non diuiserit territoria,vel sicut diuisa inuenit,diuisa seruauit:z tunc agri limitati non dicuntur,vt dictuz est. Vel dicamus,quod iurisdictio non mutatur,q; alluuio ea que sunt publica in alium non transfert argumen.l.Martius.ff.de acquiren.rerum domi.Sed hoc obstat quod s. dictū est super verbo,nostro,q; ea. que sunt publica, hoc est ciuitatis,in vsu publico ius alluuiōis habent.
7 gratia videndum est,† an iurisdictiones sint iuris publici:obstat quod sic,vt ff.de iustitia z iur.l.j.§.publicum ius.vbi magistratibus,&c. Secundo videndum est qualiter iurisdictiones sint iuris publici.an tanquaz ea,que sunt in vsu publico.an sint ea que sunt ciuitatis,vt priuatus possidet? Ad quod dicimus est quod sicut pater,z filius,dominus,z serui sunt comites, ita iurisdictio est quedaz relatio domini in subditos,vnde pater habet ius in filium,ita filius cōtra patrem habet quādam petendi alimenta,z similia,ita in iurisdictione subditi habet quoddam ius petendi iurisdictionem a superiore.z si illecenter delinquit,z punitur,vt in authentica,vt differ.ind.in prin. z ff.z C.de magi.conue.cum si.z istud est iuris publici,tanquaz ea que sunt in vsu publico. quilibet enim potest a magistratu iustitiam petere,vt dicta l.prima.§.publicum ius.de iustitia z iure. Alio modo consideratur iurisdictio prout est in ipso magistratu,ciuitate, vel comite, vel Barone,z isto mō iurisdictio est iuris publici eo modo,quo sunt ea,que ciuitas possidet vt priuatus.quod patet,quia non quilibet de ciuitate vtitur,sed solum cui Respublica permiserit,z ea,que inde percipiuntur,vt mulcte,pene,banna,z similia ipsius ciuitatis, vel dominus sunt tanquam priuata,vt ff.ne quid in loco public.l.ij.§.hoc interdictum. ¶ Jtem videndum est † vtrum iurisdictio competat cuilibet ciuitati,vel domino, z in ipso flumine vsque ad medium
7 ipsius fluminis terminātis? Et respon.q; sic;q; omnia.que sunt in confinio sunt cōmunia;eozum qui ab vtraque parte possidet vt Lar.bor.ff.cōmuni divi.de aqua plu.arcen.l.ij.§.preterea.de acqui.rerum dom.l.adeo.§.fin.z sic de omn eo.quod communitur in ipso flumine quilibet habet iurisdictionē vsq; ad medios
9 fluminis. † His premissis in questione proposita, cum in ipso flumine,z solo ipsius ciuitatis domino,vel alterius loci domino, vel episcopo competit ius iurisdictionis tāquam ius priu-

rum, & sic tenquam ad hoc flumen est priuati iuris. dicendus:* est indubitanter, q̃ per alluuionē. hoc est per additionem, que fiat a flumine, non adiicitur, vel detrahitur iurisdictioni, sicut ff. dictum est de lacu, vt ff. de contrah. emp. l. Rutilia Polla. de aqua plu. arc. l. vicinus, §. fi. de acq. re. do. l. lacus. ar. ff. de aqua, quoti. & est. l. hoc iure. §. si aquam, sed facilis est solutio, si bene iuspiciatur.

ADDITIONES.

a ¶ Sed cum hoc. De dictis per Bar. hic vide plene per Alex. in l. j. in prin. ff. de acq. pos. & do. Jas. in lij. inci. possideri. de acq. pos. Tho. Diplo.

b ¶ Dixidit. Vide Alex. plene in l. cetera. in princ. ff. de leg. j. vbi plene examinat doc. Bar. hic, & vide. Bar. Soci. in consi. clxxxj. incip. visis capitulis. Tho.

c ¶ Quero si territorium. Adde Bartho. Veronē. in suo trac. de fern. in rub. de flumi. priuato, & Jo. de Platea in l. fi. in fin. C. de fun. limitroph. lib. xj. & apost. Fran. de Curte in l. j. in add. Alex. incip. confertur. ff. de iurisd. om. iud. & plene in consi. lxvj. Thom.

* ¶ Dicendum. Adde tu, q̃ contra hanc opi. Bar. quam tenet Bal. in rub. ff. de rerum diuisio. ver. sed vlterius queritur. & in c. j. §. si quis de manso. de controuer. inuesti. & Ang. Ant. & Joan. Fab. in §. preterea. Justit. de rerum diuisio. consuluit do. meus Barth. Soc. in cōsilio. q̃s incipit, dñs labia mea aperiat, & spiritus sanctus illuminet intellectū meum. presens consultatio pulchra est, & subtilis. in qua elegāter. & subtiliter. q̃ non habek in impressis, & ita consuluit collegiū Papiense, q̃ consilium est inter consilia Fran. Curtū consi. lvj. & etiam Lud. Bologni. in cō silio pri. & latum consilium vide etiam per Corneum cōs. cclxxxvij. vol. iij.

1 ☞ Intelligere non comprehenditur per visum.
2 Testis deponens per verbum intellexit, non probat, nisi exponatur. id est, vidit.
3 Alluuio probatur per tres testes deponentes, q̃ viderunt minutatim incrementum allatum.
4 Confines reperti fracti in domo presumuntur fracti ab eo, qui remansit ad custodiam.
5 Relatum factum in consilio presumitur ab eo solo qui exiuit.

Per alluuionem autem id videtur adiici q̃ ita paulatim adiicit, vt intelligere non possimus, quantū quoquo momento tēporis adiicitur. Ista verba sunt legis, adeo. §. preterea. ver. per alluuionē. ff. de acq. rerū domi. Super verbo, momēto tēporis. glo. in verbo momento temporis sic ait, nam & si tota die figas intuitum, imbecillitas visus tam subtilia incrementa perpendere nō pōt, vt in cucurbita ostendi pōt. vnde dicit latēs incrementū, vt In fi. eo. §. preterea. Ista sunt verba Azo. in summa. Justi. de rerū
1 diuisione. ver. per alluuionem. Et aduertēdū est † q̃ illud q̃ ter, dat intelligere. gl. intelligit hoc est per visum cōprehendi nō potest. & merito. Sit enī naturales dicunt, vna est virtus intellectiua, que intelligit. & hec eadē in homine mediante organo oculorum videt. & per aurem audit. & sic de similibus. Hec aūt exposi
2 tio si verbis legislatoris cōgrua sit in dicto alicuius testis cōgruaon esset, qui de eo debet deponere, q̃ simpliciter sensu corporis percipit. vt ff. de testa. l. qui testamento. §. fi. C. de testib. l. testium. & no. per Inn. extra de testi. c. in nomine. & in c. cū cām. Sigitur diceret testis aliquid esse, q̃ sic fieri intellexit, nō probaret. nisi exponeretur intellexit, id est, vidit, q̃ potuit per aliū modum ad hunc intellectū peruenire. de quo modo interrogat.
3 Sed hic merito occurrit dubitatio. † Sic enim hec alluuio non pōt per sensum corporis comprehēdi. ergo q̃ sit alluuio per testes non poterit probari. dico autē, q̃ bene pōt videri, q̃ flumen addit. sed non quantū quoquo momēto, sicut in puero exercescē tem videmus. Dico etiam q̃ per diuisione loci post incrementū alla tum pōt videri, & per visum comprehendi q̃ per alluuionem est facta. Expositione em facta de terra addita hoc manifeste per oēs comprehenditur. q̃ minutatim factum est. & q̃ a flumine factum est, quod per alīū fieri impossibile esset. Unde puto testes probare qui dicerent, q̃ ipse vidit minutatim incrementum allatum, & vidit q̃ est alluuio addita a flumine minutatim. Idē puto in quacunq; materia contingere, vt si sit aliquid factum qō
4 nisi ab vno fieri poterit, q̃ apta sit probatio illuz fecisse. † Quid em si per certam horam vnus ad domus custodiam sit dimissus, cōstatq; nullum alium ingressum esse. & confines qui clausi dimissi erant fracti reperiuntur, proculdubio ille qui remansit, fecit. † Et quid si plures erant in consilio super arduis cōstitutis, constat neminem exiuisse vel cum alio locutum fuisse, vno excepto. & reperitur negotium esse scitum & propalatum, tūc proculdubio ab illo solo exeunte de consilio vel cum alio loquente factum est, cum ab alio fieri sit impossibile, sicut hic impossibile est ab alio additum quam a flumine, &c.

1 ☞ Vis in singulari pro potentia, pro violentia, item pro necessitate, & etiam pro potestate ponitur.
2 Vires, in plurali, denotant effectum, seu efficaciam, & potētiam corporis.

Quod si vis fluminis. Hic tractare incipit de incremē to non per alluuionem, hoc est, non paulatim, & latenter: sed manifeste, & palā. Hic ergo, vis fluminis, id est, potentia fluminis.
1 Multa em̄ † significat hec dictio, vis. Quandoq; ponit pro potentia, vt hic, & in vulgari dicimus, talis homo hz magnā vim, hoc est magnam potentiam. q̃s non intelligit de corporali. sz de ea, que cōtingit ex multitudine amicorū vel subditorū. vel diuitiarū. Quandoq; pro violentia. vt ff. q̃s met. cā. l. fi. & l. extat. cū simi. Quādoq; pro necessitate, vt ff. de statu homi. Libertas. & q̃ ibi no. ibi, nisi per vim, &c. Dicimus in vulgari, ego facio hoc vi, id est, necessitate cogente. Facit C. de rescin. vend. l. non ideirco. Item accipitur pro potestate. vt ff. de tu. l. j. in prin. §. j. & Justit. de tu. in prin. Et istis casibus declinat tm̄ in singulari per oēs
2 casus, † plurali vero non vtimur. reperitur tm̄ vires in plurali: & istud non habet singulare: & interdum ponitur pro effectu, seu efficacia, vt ista stipulatio hz vires, vt ff. de verb. ob. l. stipulatio ista. §. hi q. ponitur etiā vires. i. vt virtutes. vt ait Cato. Verbarū vires. &c. ponitur etiam pro potentia corporis. vt ille homo habet magnas vires. Reperitur etiam istud aduerbiū vir. cuius significatio ponitur ff. de iudic. l. vix. & ad Velleia. l. tutor. cū similibus, &c.

Partem aliquā de tuo predio detraxit, &c. Vt igitur hec pars locum habeat. opz cōstare, q̃ pars illa quā flumen predio meo applicuit, ex tuo predio fuerit. Si vero cuius fuerit, ignoretur, tunc statim quod terre mee applicaretur, meum esset, vt supra in prin. dictum est. & etiam super verbo. adiecerit.
1 ☞ Applicare, idem est quod imponere & subiicere.
2 Adiicere fundo dicitur quod insibiliter fit, applicare quod visibiliter, & palam.
3 Crusta agri que applicatur predio quando possit vendicari.
4 Crusta agri tui applicata predio meo, & ita quod inseparabiliter vnitur, efficitur mea.

Ex predio meo appulerit, &c. Instit. de rerum diuisione. §. quod si vis. vbi est idez textus. Et dicitur
1 † applicuerit. quod exponit gloss. in dicto §. quod si vis. in verbo, attulerit, id est. apposuerit, & subiecit. puta crustam terre vicine, & arborate. Ita dicit gloss. secundum hoc differt hec pars a precedente: quia ibi adiecit a latere, hic supposuit. licet hoc in se verum sit tamen non puto curādum. Sive enim a latere, sive super fundo talem crustam posuerit, idem iuris est. Differt ergo † quod in precedenti parte adiecit insibiliter. hic vero visibiliter & palam. Quid autem sit hoc quod dicit appulerit, seu applicuerit, aduertendum. Potest autem hoc esse sine vnione rei, que applicatur. Dicimus enim nauem ad portum applicasse, vel applicuisse: non tamen vnitur portui. Et sic hoc modo crusta † agri, que predio meo applicatur, sine dubio tuo manet, vt
3 hic, & a te poterit vendicari, vt supra de damno infecto. l. hoc amplius. §. primo. † Quandoque crusta agri tui meo predio applicatur aliqua lex vnióe, vel quod potest de facili reparari, & tūc idem. Ideo dicit textus palam est tuam rem, permanere, vt hic. Raro enim terra potest apponi super terram, quin aliqualis applicatio & vnio fiat. & ideo hec lex notabiliter requirit, quod arbores radices emiserint, vt j. videbimus. quādo crusta agri tui meo predio applicatur, ita quod inseparabiliter vnitur, tunc predij mei efficitur, vt j. dicetur.

1 ☞ Crusta applicata fundo meo, intra quantum tempus dicatur vnita cum meo & mihi acquisita.
2 Impositum fundo meo, fundo meo acquiritur, & additum per alluuionem mihi acquiritur.
3 Arbor mea imposita tuo fundo, etiam si ibi coalnerit, petitur actione in factum.
4 Crusta applicata fundo meo, postquam fuit vnita vendicari non potest.
Arbor antequam coalnerit vendicatur a domino.
Crusta antequam sit vnita, potest agi contra dominum, vel vt illam tollat, vel vt illam pro derelicto habeat.

Plane si longiori tẽpore. Eandem materiam prosequitur, quando ab initio crusta in meum agrum, vel fundum translata est sine vnione. Si enim ab initio fuerit vnita, vt qz multum cum terra agri mei vnita sit, ita quod nec discerni, nec separari pōt, alias possessio mea esset, vt d. l. hoc amplius, ff. j. de damno infec. Sed quando ab initio sic vnita non esset, tunc ex post facto fieri potest vnio, z vniri potest, quod si fiat, tunc effi-
1 citur mea. Hoc autem qualiter ffiat vnū exemplum ponitur, si longiori tempore fundo meo heserit, qz vt hic in gl. j. in verbo, lō giore tempore dicitur, quidam exponebant x. vel xx. an. qō glo. reprehendit. Sufficit enim qō tanto tempore stet, quod coalescat arbor in terra: vel si forte crustam non habent arbores, sufficit si tāto tempore steterint qz si ibi arbores essent, coaluissent, ex cursu enim tanti temporis presumitur facta vnio terre, z hec est mēs huius litere. Puto etiam quod si intra modicum tempus illa crusta propter pluuiam fit dirupta, z cū terra agri mei vnita fit, quod statim fit effecta mea. arg. ff. de glan. legen. l. j. z d. l. hoc amplius, ff. j. Ex eo enim tēpore quo cū terra vnitur, fundo meo
2 dicitur acquisita. Et est aduertēdum, ffqz ō. in acquisitione que fit per alluuionem dictum est, qz acquiritur nobis, hic vero dicitur, qz acquiritur fundo, quod verum est, prout hic glossa intelligit, qz loquitur de eo, quod supponitur quod ipsi fundo acquiritur, illud vero quod fundo adḋitur, pōt domini destinando possideri, vt fundus separatus a primo, z sic magis persone quā rei dicitur acquiri. Sed intelligendo, qz hic etiam per exceptionem est vis, quia siue acquiratur nobis, siue fundo nostro adḋitum est, ab initio enim fundo acquiritur, licet possumus postea si
3 paratim possidere destinatione nostra, licet ffautem arbor creuerit, an vendicari possit. Glos. hic tenet, qō posit peti actione
4 in factum, z hec de arbore. Ipsa ffaūt terra postquam vnita est, peti, non potest, dicta l. hoc amplius, ff. ita demum, de damno infecto, antequam autem coaluerit, ipse dominus potest vendicare, dum tamen de damno infecto caueat, vt dicta lege hoc amplius, ff. finali. ego autem in cuius preiudiciū delata est crusta possum agere contra dominum, vt ipsam tollat, vel pro derecto habeat, vt lege. preto. ait. ff. fina. ff. de damno infecto. Postquam vero vnita est, hoc facere non possum, vt dicta lege hoc amplius, ff. primo. versiculo, sed nec ego. Ad figuras igitur veniamus.



Via circa diuisiones eorum, que per alluvionem adḋiciūtur, questiones plures vidi, quarum doctrinam dare impossibile arbitror, nisi res inspectione oculorum inspiciat, ideo figuras ad oculū demonstrantes inserui, per quas illa sola docere intendo que communiter ignorātur, z in hoc vtar aliquibus conclusionibus geometricis, nec hoc quis arbitretur incōgruum, qz omnis scientia ancillatur hinc. Est enim hec Architectica de aliis cūctis disponēs, vt dicit Aristo. j. Ethic. Sciendum est igitur, qz inter eos qui ex vna parte fluminis predia possident, id qō per alluuionem adḋicit, vel quoquo modo, sez dimittendo insulam vel alueū, commune est pro diuiso, pro modo latitudinis, que latitudo prope ripā sit, vt in ℔. adeo. z ℔. insula. hoc autem fit ducendo lineam per directum, per illam partem que adiecta est per alluuionem, seu per, insulam dimittendo alueum. Ad ostendendū igitur, que sit linea recta super directū ducta facta est ista figura. Sed an linea sit recta, quero tribus modis. Primo an linea sit recta secundum se, z de hoc in figura. Secūdo an linea sit recta respectu alterius linee ō. quam cadit. Tertio an linea sit recta respectu alterius puncti, qui est in angulo duarum linearum hoc est an recte secet angulum per medium de quolibet videmus. De primo dico, qz linea recta finis est ab vno puncto ad alium extensio, vt patet in prima linea ℔. posita, vbi sunt duo puncti, a. b. nam si extendatur prima linea ab vno puncto ad aliud, illa linea erit recta, z si vnum filum tetenderetur in duos duos punctos extenderetur in infinitum, tota linea erit recta, vt p3 ad sensum, z figura demonstrat. Item secundum est, qz si fieret aliqua linea super duos pūctos eque distātes a primis, vt. c. d. eque erit linea recta, z si in infinitū ille due linee extenderentur, nequaquā iūgerentur, vt ex figura p3 ad sensum. Sed si fierent duo puncti, nō eque distātes a primis, sed vnus esset magis propinquus prime linee, alius magis remotus est, vt. e. hic protrahendo lineā, linea est indirecta secundū se vt precedens, nam pūctus. a. est magis remotus a linea. c. d. quam punctus. f. tamen protrahendo illas duas lineas necesse est eas simul iūgi. Si vero secūdus punctus esset remotus, vt. g. h. (constat enim quod punctus. h. est magis propinquus precedenti linee) punctus. h. est magis remotus) tūc quanto magis iste due linee tenduntur, magis elongantur, vt patet ad sensum. Puncta sunt multum not. in geometria, vt patet primo libro Euclidis.



Hec figura facta est ad ostēdēdū, quo modo posita vna linea recta super aliquo pūcto ipsius linee, alia linea recta perpendiculariter, z recte cadit qz cognoscit, qz quādo super vnam lineam rectam, alia recta z perpendiculariter cadit, tunc vterqz angulus rectus erit. Sed si non caderet recte, z perpendiculariter, tunc vnus angulus erit acutus, alius latus erit, z apertus quasi obtusum ostendat. exemplum primi dicti. ſ. linea posita, a. b. z pūctus in ea ponatur, d. super illo ducatur linea perpendiculariter. c. d. tunc vterque angulus rectus erit. eque. alis. exemplum secundi dicti, sit linea posita, e. f. pūctus in ea. g. positus super illo ducatur linea non recte, sed perpendiculariter, vt si flectatur versus punctum. f. z sic linea. g. tunc angulus est acutus in illa parte, qua flectetur, z ab alia parte obtusus. Sed dubitatur, si ponatur linea. i. k. z in ea pūct. ducatur super illam lineam. m. n. que in nullā partem flectatur tamen in aspectu non videtur linea recta, quid erit? Resp. vt est linea recta prima. i. k. z alia super ea recte cadit, si consideretur secūdum se, non ait si consideretur respectu quadrature illius charte, super qua describitur, sed ad istud nullus est habendus respectus. sed solū ad lineam positam, z ad illam que supra ducitur, z hoc est vtile scire ad multa que infra, dicentur. vt



Alia in diuisione de qua tractaturi sumus sepe expedit diuisiones fieri per medium: ideo ad hoc docendum, ꝛ demonstrandū, facta est ista figura: ponatur ergo linea recta, a.b. quam volumus diuidere per medium, ita quod in ipso libro possit cuiqꝫ demonstrari. Primo ponam pedem circuli in puncto. a. ꝛ ostendam circulum vltra medium linee, vt ostendit circulus rubeus: deinde ponam pedem circuli in puncto. b. ꝛ ꝫ. eum faciā circulam equalem primo, vt ostēdit circulus azureus, qui duo circuli sese protendunt in duobus locis, vt apparet. ducam igitur lineam rectam ab vno dictorum punctorum vbi circuli se preextendunt ad alium, vt ostendit linea. c. d. dico, quod hec linea diuidit lineam ductā per mediū, vt apparet ꝛ probatur sic. Si ab equalibus equalia adimas, ea, que remanēt, sunt equalia, vt dicit Euclides. Sed equalis distantia est a puncto. a. vsqꝫ circunferentiam circuli rubei, qualis est a puncto. b. ad circūferentiam circuli azurei, ꝛ per lineam. c. d. que equaliter admittit ab vtraqꝫ parte per distantiam: ergo patet quod illud quod remanet de linea. a. b. ab vtraque parte, est equale: ꝛ sic linea. c. d. eam secat per medium. ¶ Item ex predicta figura apparet alia demonstratio, vcꝫ, quod inter. a. b. non esset linea ducta: sed esset spatium, qꝫ inter duo puncta debet diuidi iure proximitatis ꝙ in dicta linea. c. d. diuidit dictum spatium directo per medium, ita qꝫ quicquid est supra, est magis propinquum. a. ꝛ quicquid est infra, est magis propinquum. b. etiam si linea. c. d. extenditur in infinitum. Apparet etiam ex dicta figura alia demonstratio, videlicet quod supra vnam lineam, vel basim rectam due linee circulorum equalium se protendunt, ꝛ a puncto vbi se prescindent ducatur linea ad punctum qui est in medio dicte linee vt basis, illa linea perpendiculariter cadit ad angulum, ꝛ facit rectum ab vtraque parte, vt patet ad oculum: ꝛ probatur ex precedentibus. Quod si dicta linea diuidit spatium per medium, apparet quod non flectitur versus aliquam partium, ꝛ sic facit angulum rectum ab vtraque parte, ꝛ ista sunt multū necessaria ad cognitionem sequentium, ꝛc.



Figura ista est facta ad ostendendū, qualiter posita vna linea recta, ꝛ puncto in ea posito supra illum punctum alia linea recta, ꝛ perpendiculariter ducatur, ex his que posita sunt, de necessitate concluditur. Sit igit linea posita. a. b. ꝛ in ea punctus positus. c. supra quem volo aliam lineam directaꝫ perpendiculariter ducere faciam igitur ab vtraqꝫ parte illius puncti duos punctos eque distantes. d. e. deinde assumaꝫ duas equales lineas cum duabus virgulis, vel chorduli's, ꝛ vnam ponam super punctō. d. aliam super pūcto. e. ꝛ ambas coniungaꝫ per modū trianguli in pūcto. f. postea ducam lineam a puncto c. posito vsqꝫ ad punctum. f. dico igitur ꝙ illa linea recte quod perpendiculariter cadit supra datā in puncto dato, vthic ostendit, qꝫ facit angulum rectū ab vtrarqꝫ parte, ꝛ probat in lib. Euclidis. Vel breuiꝰ. sic, data linea. g. h. ꝛ in ea ponatur punctus. i. supra quem volo recte, ꝛ perpendiculariter lineam ducere, faciam duos punctos eque distantes, ad punctū datū, vt. k. m. deinde ponam pedem circuli vsqꝫ ad punctum. m. ꝛ extendam vsqꝫ ad pūctum. k. ꝛ voluam illam partem versus quā volo illam lineam, deinde ponam pedem circuli in puncto. m. ꝛ extēdam vsqꝫ ad punctum. k. ꝛ simili modo voluam. Sequitur qꝫ ille linee circulares se inuicem secabunt in puncto. n. dico igitur quod si a puncto, n. dato ducatur linea ad punctum. l. perpendiculariter, ꝛ recte cadit supra dictum pūctum. l. eadem ratione qua supra probatuꝫ est in precedenti figura. Quando que supra vnam basim rectam due linee circulorum equaliū se prescindunt. ꝛ a puncto vbi se prescindent, ducitur linea ad punctum qui est in medio basis, ꝛ super illos duos punctos linea in infinitum producta, semper recte cadit, vt patet ex his que dixi supra in prima figura. hoc etiam patet ex his que dicta sunt, quia dicta linea cadens ab vtraque parte, facit angulum rectum.



Figura ista est facta ad designandū circulū, qđ in prima fuit quesitum. s. si ponatur vnus punctus in angulo duarum linearum, z ē. illum volo ducere lineam rectam seu perpendiculariter, qualiter fiat, q̄ docet hec figura. ponantur ergo due linee, sc̄z. a.b, z.b.c. que cōueniunt in vno puncto, z ibi faciunt angulum cuiuscunq̄ conditionis sit ille angulus. z super illum punctum volo ducere lineam rectam. faciam igitur ab vtraq̄ parte anguli in illis lineis punctum. b. quod ꝓpatet. si ducatur a puncto. f. vsq̄ ad punctum. b, q̄ illa linea recte, z perpendiculariter cadit super. b. quod patet, quia si ducatur alia linea recte a puncto. d. l, illa secatur per medium, z ibi illi anguli recti, vt probatur in lib. Euclidis. ꝓterea in ipso angulo. b. sunt duo anguli equales. Vel si vis aliter probare, z operari ponas duas lineas. g. h. i. que cōueniāt in puncto. h. ē. qđ vis ducere lineam rectam, faciam ab vtraq̄ parte in illis lineis punctum eque distantem. k. m. deinde ponā pedem circuli in puncto quem pretendam vsq̄ ad. n. z voluam ē. versus illā partem, quam volo ducere lineam, deinde ponā pedem circuli in punctum. m. z extendam vsque ad punctum. k. z voluam simili modo, vt ille due linee circulares se prescindunt in puncto. n. ducat ergo linea recta a puncto. h. vsq̄ ad punctum. n. dico qđ illa recta perpendiculariter cadit. ē. punctū. h. eadem ratione, qua prudens. z si ducatur alia linea recta a puncto. k. vsq̄ ad punctum. m. illa secatur per medium per lineā. m. h. z erunt ibi. iij. anguli recti. Et in puncto. h. similiter fiunt duo anguli equales. Vbi ergo missis ad euidentiam nunc ad propositum veniamus, ponendo ripas, predia z alluuiones, ꝛc.



Ad euidentiam dicendorū premitto, q̄ flumen designabitur per colorem azureū, z caput fluminis erit ab illa parte a qua erat caput alicuius animalis, z versus illam partem fluant predictorum ripe per colorem nigrum, illud quod est medium inter predia, z flumen intelligatur alluuio. Item per alluuionem. Item linee rubee facte sunt ille, que vere diuidūt per alluuionem. Linee flauee, sine crocee facte sunt causa demonstrationis, vel disputationis, z si quandoq̄ fieret alia qua linea azurea, z in ipsa figura declarabitur ad quem finem fiat. Hunc ad presentem figuram veniamus: z aduertendū est, quod linea, que est ripa omnium predictorū est recta omni rectitudine. Item duo predia paria habent confinia directa, adeo quod linea, diuidens predia directa, cadit in lineam ripe, quod patet, qz ab vtraq̄ parte facit angulum rectum in istius duobus predijs, diuisio est clara, qz protrahitur linea directo per alluuionem vsq̄ ad flumen, vt ostendit linea rubea, z illa linea est directa respectu ripe, z directe coniungitur cum ripa diuidente predia. Videndum est de ripa, que est inter predia Titij, z predia Seij, z inter predia Meuij, in illis est dubium. nam iste nec diuidentes predia, licet sint directe in se, non tamen cadunt directe in illam lineam que est ripa, vt patet, que ab vna parte faciunt angulum acutum, ab alia obtusum. Si igitur per alluuionem ducerem lineam secundum rectitudinem linee, non pervsque ad flumen, sed iungeretur in puncto. a. vt ostenditur nec zale, z sic predium Seij, quod est maioris latitudinis ripam, haberet minus de alluuione, nec protenderetur que ad flumen, dicendum est ergo, quod linee confinium dentes confinia, nullatenus attendende sunt, quoniam in cta l. adeo. ff. insula, in fine. ff. de acquirendo rerum dominio citur ꝓ modo latitudinis, que latitudo prope ripam fit. Si ergo fiet diuisio, consideretur linea, que est ripa, z consideretur linea, vbi cadit linea diuidens confinia, vbi assumatur vnus punctus indiuisibilis, vt ostendunt lineigre. z ab vtraq̄ parte illius puncti, fiant duo puncti eque distantes. b. c. z ponatur pes circuli in puncto. z extendatur ad punctum. c. z voluatur versus alluuionem, z postea ponatur in puncto. z extendatur ad punctum. b. z simili modo versus alluuionem que due linee reuolute prescindent in puncto. d. deinde ducatur linea recta a puncto. a. vsq̄ ad punctum. d. z protrahatur vsq̄ ad flumen, vt ostendit linea rubea. Dico igitur quod illa recta cadit supra lineam que est ripa, vt probatū est supra in figura, z est recta a puncto. d. vsq̄ ad lineam assumptam quantum vltra protrahitur, recta erit, vt dictum est supra. in prima figura, z similis diuisio est inter Seium z Meuiū, vt linee ducte dunt, ꝛc.



Hec figura habebat lineam ripe vnifor mem. z cuz tractetur de alluuione diuisionis, omnes rustici protrahunt lineam secundum quod ostendit linea canna ducta secundū rectitudinem linee diuidentis predia. Sed hanc diuisionem rusticorū, non esse bonam apparet, quia linea debet duci recta secundum rectitudinem linee ripe, vt ex precedentibus liquet, z secundum illam non est recta, qđ apparet, quia linea flaua ducta versus caput fluminis, facit angulum obtusum, versus pedem facit angulū acutum, vt angulū facit angulū obtusum, qđ repugnat linee, que debet recta. Fienda est ergo diuisio alluuionis, put ostendit linea rubea ducta ē. lineam ripe que ab vtraq̄ parte facit angulum: z sic ipsa recte cadit perpendiculariter, vt ē. demonstratum est. Et si dicatur qđ ripe linea non est recta, respondeo, quod recta secundum se, q̄ considerandum est. non autem vadit secundum rectitudinem linee predioꝝ, que est ab alia parte, est aduertendum non est, ꝛc.

tur locus per quem in illam rē ingredimur, iuxta illud, In capite libri scriptum est de te, appellat enim caput libri illam partem per quam ad ipsum librum legēdum ingredimur. Ad idem qō no. ff. fol. ma. super rub. ibi no. quod hic non est caput libri, ꝛc. ff. ad leg. Falc. l. querebatur. super verb. tres partes, ꝛc. Sed posset contingere quod per omnes ipsius loci partes est ingressus, ꝛ tūc putarem caput illud dici ꝙ est versus meridiem, ꝛ pedem quod est versus septentrionem: vt infra ostendam. Videamus † ergo ꝙtum spatiū occupat caput, quantū pes, seu finis, ꝛ ꝙtum medium. Ad quod dico quod punctus seu linea indiuisibilis que est in capite, potest dici caput, d. l. j. §. caput. de aqua quotid. ꝛ estī. ꝛ eodem modo pes medium dicetur ille punctus, vel linea indiuisibilis, que est in medio distans tantum ab vna extremitate, quantum ab alia, ꝛ ita intelligit hic gl. in verb. primo sit. ꝛ instit. de rer. diui. §. insula. in glo. in verb. mediam partem, dum dicit, ꝙ hoc scilicet potest sciri ꝛ apparere accepta chorodula, ꝛ facto puncto in medio, ꝛc. quod satis placeret si materia de qua tractatur hanc interpretationem pateretur: vt si diceretur, a capite vsq; ad medium agri liceat Titio ire. Intelligo a linea indiuisibili que est in capite, vsq; ad lineam indiuisibilē que est in medio, sed in predicta iura, sed sepe sermo hāc interpretationem non patitur. Quid enim si dicatur si quis inmittatur per caput platee cum curru puniatur, vel vendo tibi decem stadia terre in capite fundi? procul dubio de puncto, vel linea indiuisibili intelligi non potest, per illam enim non potest iri, nec in ea possunt decem stadia terre esse, aliter ergo intelligēdum est de quo retigi. ff. de fur. l. tertia. p̄ont vero dico quādoque extremitates sunt distincte, ꝛ limitate, tunc vna dicitur caput, seu principium, alia dicitur pes, seu finis, ꝛ quicquid est in tra illas duas extremitates dicitur medium, vt ff. de ser. vrb. prae. di. si edes mee ibi, aut medius mons. ꝛ de serui. rustic. predio. l. tria predia. ibi, per medium fundum, ꝛc. ꝛ de ferūs. l. more. ibi C. de iud. aut. ad hēc, cum multis similī. Quandoque extremitates non sunt distincte, ꝛ puto quod totus ille locus diuidi debeat in tres partes equales, vnde illa que erit secunda, dicetur medium, vt hic secundum lect. quam tenui cui applaudet communis vsus loquendi, ꝛ intelligendi. Tertia dicitur finis. Quandoque contingit quod locus, de quo agitur, habet multas distinctas partes, tamen in dispositione accipitur, vt totum, vt eccē planus Tyberis est distinctus per media multorum, sed in statutis dicitur quod si aliquid fuit factum in capite plani Tyberis, vel medio, vel fine, tunc enim consideratur per statutū illud vt vnum totum integrum, ideo esset facienda diuisio in tres partes, vt dixi. Sed quero quando vendo decem stadia terre a capite, vel a pede, vel in medio, qualiter fiet diuisio, ꝛ vtruꝫ certus locus videatur venditus, vel iunctus, dicam in sequen. lib. in figura.

1 ☞ Insula in flumine communi nata communiter acquiritur iure dominij non possessionis, nisi apprehendatur.

2 Insula qualiter communiter diuidatur.

3 Insula parua, vsus eius publicus est: si magna, ripe tantū sunt in vsu publico.

Communis fiat eorum. Intelligo † cōem iure dominij. Non enim iure possessionis. Cum enim separata sit insula a primo fundo per possessionem primi fundi illa nō videtur possideri, nisi apprehendatur, vt infra sequitur ibi, qō si alteri parti proximior, ꝛc. ꝛ ff. de acquirend. possessio. l. tertia. in princip. in glo. super verbo, quamuis. debet ergo post apprehendi, arguendo ff. de acquirend. possess. l. cum heres. Item quod dicit, commūnis † fiat, intellige ꝙ equali parte, scilicet si mediam partem fluminis tenet, ꝛ ripe que essent ab vtraq; parte recte. Item ratione propinquitatis media cedit vni, ꝛ medietas alteri, sed si insula esset plus versus vnam partem, quam versus aliam, illa tāta pars insule que vni parti propinqua est, illius fundi est, ꝛ illa que magis propinqua est alteri, cedit alteri, quatenus ergo cui que propinquior illi cedit. ff. de acqui. rer. do. l. ergo. §. tribus ibi. cuius ager propior fuerat, qō ergo dicit ei agro cedit qui propinquior est, intelligē, id est, quatenus propinquior est, vt ff. de lega. 3. l. Stichum qui meus erit. cui congruit qō in seq. cap. de aluco dicitur, quod iure propinquitatis cedit eis, qui ab vtraque parte possident, ꝛ sic apparet qō diuisio communis est. Hoc etiam declarat gl. hic in verb. proximior. ꝛ instit. de rer. di. §. insula. in glo. in verb. mediam partem. prout dicit de puncto in medio chorde posito. Ex quo apparet qō quantum propinquior est eatenus cedit. Z meam aūt diuidentem per medium ita qō quicquid excedit circa lineā sit propinquius illi qui hꝫ prae eius citra flumē, ꝛ quicquid est vltra lineā est propinquius ei q habet vltra flumē, ꝛ hoc est difficile, vtile, ꝛ necessarium, iō hoc demonstrabo per casus, ꝛ figuras quas j. subdam. † Ité hoc qō dicit qō est vsus communis, intellige iure dominij, vsus aūt insule est publicus sicut riparum, vt ff. de acqui. rer. do. l. pen. §. j. hoc intelligo si insula est parua, ita qō tota possit dici ripa, vel ripe cedere propter arctationem aque, vt ff. de flu. l. pen. Sed si insula esset magna, ita quod in ea essent predia culta, puto solum ripas esse in vsu publico, non predia eadem ratione qua cetera predia. Item predicta vera, nisi essent agri limitati, vt ff. de flu. l. j. §. insula.

1 ☞ Dictio vterque, distributiua duorum tantum, ꝛ quandoq; inter plura ponitur.

2 Insula que est in medio, ꝛ ab vno latere sit ager limitatus, vel cemeterium, an alteri tota acquiratur.

Qui ab vtraq; parte fluminis

De duabus loquitur, que sunt fluminis latera. hec enim dictio vterq;, † distributiua est duorum tantum, licet quandoq; inter plura ponatur, vt C. de fur. l. ancille. de verb. oblig. l. continuus. §. item qui insulam. ꝛ ideo si contingeret flumen ita currere qō tria latera prediorum respiceret, insula deberet inter eos diuidi iure vicinitatis tangentis, vt j. in figuris declarabitur. Sed qd si ab † vna parte essent predia limitata, quibus nō possumus vti quasi insula, vt ff. de acqui. rer. do. l. in agris. ꝛ de flumi. l. j. §. si insula. vel forte cemeterium alicuius ecclesie, cui non pōt queri, vt dictum est supra in precedē. lib. an tota insula erit eis qui predia habet ab vna parte. Videtur qō non, q insula defertur vtri que pro diuiso, ergo nō est locus iuri accrescēdi, vt vnus capiat quod alteri non acquiritur, vt ff. de vsufr. accrescen. l. j. in princ. Preterea si esset verū, quod vno reiecto alijs acquiritur, male diceret tex. in d. l. j. §. insula. vbi dicitur, quod in nullius bonis est insula, qñ predia ab vtraque parte sunt limitata, quare insula erit aliorum prediorum que magis prope ripam essent. Contrarium puto. Pro cuius euidentia sciendum est, quod ius acquisitionis per alluuionem, de qua dictum est in precedē. lib. fit ratione contiguitatis, ꝛ adherētie: ꝛ ideo potentius est ius acquirendi ratione vicinitatis de quo hic dicitur, vt patet. ff. de acq rendo rerum dominio. l. insula. vbi illa que alluuio addiderit insule querentur ipsi insule, non autem ei qui ab vtraq; parte predia possidet: qz predia limitata aliis prohibentur queri. d. §. insul. sed si cui alteri ratione vicinitatis vna particula insule quasi deberet totum additum quod prohibetur alijs quasi sibi acqreretur iure cuiusdam alluuionis, ꝛ adherētie, qō probatur: qz incrementum postea obueniens sibi quereretur, d. l. insula. ergo multo magis illud incrementum quod sua particula simul que portio vacans tēpore quo portio nostra mihi quereret, portioni iuri accrescit quam illa que ex post facto incipit vacare, vt ff. de acquir. hereditā. l. si duo. coniuncta. l. si minor. ꝛ l. cum hereditate. eodem titulo. Hec obstat ff. de vsufr. accresc. l. prima. in principio: quia separatum est illud ius accrescendi ab isto. hic enim semper fit acquisitio certe parti diuise, ꝛ de cetera parte accrescente.

Prope ripam predia possidēt.

Prope ripā possidere intelligo. quod predia sunt ipsi ripe coniuncta, vel forte si distant mediante via, vt l. Martius. de acqui. rer. dom. ꝛ dixi j. in preceden. lib. ꝛ quod dicit possident intelligo quo precedenti, ꝛ eodem iure acquiratur insula, vt in precedenti lib. dictum est.

Pro modo latitudinis cuiusque predij.

Hoc declaratur per Iurisconsultum. ff. de acqui. rer. do. l. inter eos. vcꝫ, vt ꝙta est latitudo predij iuxta ripam eatenus linea per directum protendatur. Circa que multa dubia occurrunt que determinata sunt in figuris precedē. lib. sicut cuꝫ diuiditur alluuio inter eos, qui ab vtraq; parte predia possident. Ita illa pars insule, que cedit predijs que sunt ab vna parte debet diuidi.

Que latitudo ppe ripaz sit.

Si ergo hortus agri iuxta ripā est largus, ꝛ predium p̄ostea in se arcetur, vel econtra. scīm latitudo que est iuxta ripam. attendē, ꝛ sm illam debet duci linea recta vt in precedenti lib. dictum est, ꝛc.

Quod si alteri parti primior.

Quod qualiter appareat. h. t. gl. accepta chorodula, ꝛ puncto posito in medio, vt hic dicit gl. in verb. proximior sit. ꝛ instit. de rer. diui. §. insula. in verb. mediam partem. ꝛ quod dicit proximior, intelligo, quatenus proximior est illa pars, que vni parti fluminis proximior est eorum tantum est, qui ab vna parte possident predia, ꝛ eorum est eo iure quo predia sunt eorum, vt dictuꝫ est.

1 ¶ Latera sunt sex.
2 Sursum dicitur totus motus a parte inferiori versus superiorem.
Deorsum, a parte superiori, versus inferiorem.
3 Pars superior, & inferior denominantur per caput, & pedes, per aduerbia localia sursum, & deorsuz, per prepositiones supra & infra, vel super, vel subtus.
4 Ante & retro proprie cadit in animalibus.
5 Ante, & retro, apposita ad denotandum tempus qualiter intelligantur.
Tempus est quedam fluxibilitas, & cursus.
Ante, & post, posita cum casu sunt prepositiones, sine casu, aduerbia.
6 Ante, & post, posita circa locum quomodo intelligantur.
7 Facies domus dicitur pars illa, per quam quis ingreditur, vel sit in via magis honorabili.
8 Dextra proprie cadit in animalibus se mouentibus, improprie in aliis rebus.
Dextra, vel sinistra domus, vel agri, quomodo capiatur.
9 Dextra, vel sinistra fluminis, qualiter cognoscatur.
10 Superficies terre, dicitur facies terre, que erga celum respicit.
11 Celum habet dexteram, que est Oriens, & sinistram Occidens.
Orbis caput est in meridie, pes in septentrione.

1 **Quod si vno latere.** Latera † antè sex reperiuntur. scilicet sursum, deorsum, ante, & retro, dextrũ, & sinistrum, de quibus in cõtractibus, & aliis dispositionibus sepe fit mentio. vt vendo, vel lego decem stadia terre ex parte superiori, vel inferiori, ex parte anteriori, vel posteriori, ex parte dextra, vel sinistra. Ideo quid predicta vocabula importent discutiamus. Sursum quidã appellant illam partẽ que est supra respicies celum, deorsum illam partem, que est infra respiciens terram. licet hoc modo loquendi non vtamur, sed sursum † appellamus totum ipsum motum
2 a parte inferiori, versus superiorem, & deorsum totum a parte superiori versus inferiorem, & hoc siue fit motus localis, siue intellectualis de gradu in gradum ascendendo. vel descendendo. ff. de gra. l. Jurisconsultus. §. at quoties, & §. transgrediamur.
3 Dico ergo † quod pars superior, & inferior denominatur primo per noia. vt caput & pes principium, & finis: vt supra dictuz est, super versicul. si quod partem. Secundo denominatur per aduerbia localia sursum, & deorsum, sed illud improprie, vt dixi. Tertio denominatur per prepositiones: vt supra & infra, vt ff. vti possi. l. si duo. §. Labeo. & de aqua pluuia. arcen. l. super iter. de arb. ced. l. i. §. j. Quarto per noia adiectiua deriuata ab istis prepositionibus, vt pars superior & inferior. l. j. §. final. de aqua pluuia. arcenda. Quinto, per alias prepositiones, scilicet super & subter, vt ibi, super cathedrã Moysi sederũt Scribe & Pharisei. vt extra de sepul. capitul. dudum a Bonifacio. in Clemen. vel verius dicendum est quod nunquam dicte partes denotantur, nisi per nomina supra dicta, & etiam per aduerbia. Nam su
4 pra & infra, a super & subtus, si adiciatur casuali. tunc est ꝓpositio, nec importat illam partem rei, de qua querimus, scilicet alĩ quam aliam rem esse. ẽ. & j. illam, vt ẽ. domum tuam vel fundum tuum pendet arbor, &c. non significatur superior vel inferior pars rei, scilicet arboreꝫ supra rem existere: sed solum denotatur existentia ipsius arboris. & idem in omnibus legibus supra ad hoc allegatis. Sed si dicte dictiones ponerentur sine casu, vt vẽdo tibi decez stadia terre ab ea parte que est supra vel infra, tũc non sunt prepositiones, sed aduerbia loci secundũ Priscianum in maiori tractatu de prepositionibus. tunc ergo idem est dicere, quod a parte inferiori, vel superiori que pars que sit, & quantum duret, dixi supra dum dixi de capite & pede. Videndum est
4 de ante, & retro. † Circa quod sciendum est qđ Aristo. in secundo de celo & mũdo, dicit quod ante & retro proprie est in animalibus. Appellamus enim illam partem ante, in qua principaliter sunt sensus. & sic ex facie hoc iudicatur. In alijs vero que carent sensibus, dicta vocabula non cadunt proprie, sed per simi
5 litudinem quandam. Ad quod aduertendum ꝙ † ante & retro quandoqꝫ apponitur ad denotandum tempus, quandoqꝫ apponitur ad denotandũ locum. Circa tempus est sciendũ ꝙ tempus est quedam fluxibilitas. de tempore enim nõ habemus nisi instans, quod enim preterit. esse desijt, ꝙ vero futurum est, nondum fuit. Dico ergo in instanti, in quo sumus recte loquendo tempus qđ preterit appellamus retro. & per consequens ꝙ futurum est. dicitur ante, vt in prima constitutione Cod. in princ. ibi, retro principibus. ff. de cap. & postli. reuer. l. retro. ad legem aquil. l. ait lex. ibi, retro. sum. de regu. iur. c. ratihabitionẽ retro trahi, &c. cum sim. lib. vj. Huius ratio est: quia (vt dixi) tempus est quedam fluxibilitas, & quidaꝫ cursus. & homines cetera animalia carentia ratione, quod in cursu preteritum est, habent retro, ꝙ vero futurum est habent ante. Ad istam similitudinem dicimus ista. scilicet ꝙ de tempore habemus instãs, illud quod preterit habemus retro. qđ futurum habere dicimus. illud qđ preterit esse ante; quod futurum est esse postea. vt C. de arb. & ante. de bo. dam. l. si quis post hac. ff. de acquiren. posses. l. si quis ante. tunc eiꝰ similitudo sic procedit, quasi cursor in certa parte itineris se reuoluat & remoueat: tũc eiꝰ illa pars que incedendo erit retro, incipit esse ante e conuerso. proprie igitur locutionem ante, potest significari tempus preteritũ & futurum, quod ex verbo apparet, cui adijcitur. quod si est preteritum significat futurum. Sz hic potest occurrere dubitatio primo sic, Reperi scriptum in aliqua dispositione, Si quis ante aliquem dixerit aliquid vel fecerit, &c. qñ intelligitur hoc verbum ante: hoc enim verbum fecerit, reperitur in futuro subiunctiuo & in preterito. Sed qualiter debemus assumere, dixi in repetitione. omnes populi. ff. de iust. & iur. dum tractaui de interpretatione statutorũ, dixi etiam de condi. & demon. l. solemus. & precipue respectu presentis loquimur de tẽpore preterito, & futuro. Sed doqꝫ tamẽ in presenti loquimur de tẽpore presenti, & post respectu alicuius temporis futuri vel preteriti. Respectu futuri, vt ecce, pmittis facere vel dare ante pascha. vel post paschã. & ita locutio recta est, vt ff. de verb. oblig. l. qui ante calendas. & ita qui ita. §. qui ita stipulatur. cũ si. & procedat similitudo sic. Videmus cursorẽ i medio plani videre turrim recte dicit. torum spatium ꝙ est inter se, & turriz esse ante turrum: qz ante oculos eius cadit. & etiam ante illã partem turris, que primo eius aspectui presentatur, & sicut latus oppositum illi turri quo ad eũ dicitur retro seu post, vt j. dicetur, ita totum quod, ille latere posterioris respicit dicitur post, & ita ꝓprie dicimꝰ ex consuetudine, reperimus enim paschã futurum in medio, nunc ergo vsqꝫ ad paschã dicitur ante, vltra dicitur post, vt dictis legibus. Sicut etiam diximus respectu preteriti tẽporis, vt ecce ante paschã preteritum factum dicimus ꝙ preterijt, quod secutum est, dicimus factum post paschã, vt l. huiusmodi stipulatio iterposita, & l. si ita quis. §. Seia. ff. de verb. obl. cum simili. & tunc pcedit similitudo. sicut in illo paschate, homo stãs retrosse voluisset vt dixi. Proprius ergo diceret a paschate retro, & a paschate ante, venit in prezdenti locutione dicimus ante paschã, id est primo quaz paschã fit, & ita vtimur. ¶ Predicta verba ante, & post, si ponantur circa
6 sua, sunt prepositiones, si fine, sunt aduerbia tẽporis vel loci, & ꝛ gnificant tempus vel locũ. Circa vero locum sciendum est, qđ quedã sunt loca eminentia, quedã depressa, & plana. In eminentibus, sicut sunt domus, &c. edificia, mõtes & colles, dicimus ante & post. In domibus aũt dicimus parte ante illam ex que est iuxta viam, per quam ingredimur domum, vt ff. de viapubl. l. j. §. fin. ibi, ante ergasteria. & communi diuidũ. l. arbor. §. de vitibulo. vbi gl. exponit, ꝙ vestibulũ est locus ante ostium per quẽ quis habeat aditũ. pars illi opposita dicitur post, vt ff. de seruitut. urban. prædi. l. quidã Iberus, ibi post horrea, & dicitur post illa pars que est opposita illi parti, que est ante plateam, & sic etiam vtimur, & loquimur, & hoc scꝫm similitudinem precedentem (vt dictũ est) pars anterior in animalibus dicitur illa, que
7 est facies, & facies domus dicitur illa, que iuxta viã notorie ditur, vt in locutione vulgari vtimur, & ij. Machab. ix. circa fi. dicitur, Omnauerũt faciem tẽpli coronis aureis. enim dicimꝰ facies operis. ff. de no. ope. nun. l. stipulatio. & alibi pulchrimam facie edibus reddat, vt ff. loca. l. fedes. & inquilinus ostium. Sicut igitur illa pars dicitur facies domus a pluribus partibus esse circundata vel per illam cellentiam diceremus faciem que magis in honorabili vide. ꝙ si vtraque esset equaliter honorabilis, illa dicitur facies, per quam ingredimur, vt ff. de leg. iij. l. prædijs. §. balneas. de damn. fec. l. quod cõclaue. ¶ Predicta vera, nisi consuetudo loquendi aliquid opponeret. In locis vero depressis, & planis, in quibus non videmus superficiem superiorem. nõ est dare partem, que dicatur ante & post respectu sui, sed respectu nostri. Existens enim in fundo, recte potest dicere aliquam partẽ esse ante eum, aliquã post eũ, vt de tẽpore dicimus. In montibus etiam appellamus ante illam partẽ, que nos respicit. quasi faciem partẽ illi opositam, appellamus post. & sic illa pars, quẽ quo ad nos scimus strum aspectũ, est ante, secũdum aspectũ alioꝝm dicitur post. & sic cõsiderandus est locus, in quo verba proferũtur. nõ nunqã tamen ex parte montis est aspectus, ita notabilis, vt si respiciat aliquam ciuitatẽ notabilem, ꝙ semper illa pars dicitur ante, reliqua vero post. hec autem secundum consuetudinẽ circumcolen
8 tium intelligẽda sunt. Dextra, & sinistra secũdum † Aristo. in. de libro de celo, & mũdo, proprie cadit in animalibus. & dextra dicitur principium motus, sinistra est terminus. & ideo cõmuniter cõ

engit qs incipiens ambulare incipit cum pede dextro. vel incipiens aliquid agere incipit cū manu dextra, nisi sit siniſter, vt ff. de edil.edic.l.q; cauū.§. itē sciēdum. In istis ergo rebus, que nō mouentur impropꝛie loquimur. Appellamus enim dextram, z siniſtrā quandoq; respectu nostri. Si enim diceremus vādo tibi decem stadia terre a parte dextra eundo ab hinc versus Florē tiā, tunc clarus esset sermo. de illa parte intelligendū est que nobis cōtibus est a latere nostro dextro. Si vero ad persoūā non habeatur respectus, sed simpliciter dicat a latere dextro, vel siniſtro rei, tunc siquidem illa res est eminens, z eleuata vt dominꝛ ita q; eam dicimus habere faciem, aperte inuenit dextera, z siniſtra: finge enim vnum hominem stantē rectum, z voluentē facie suā versus illū locum, quem voluit, domus tūc illa pars, que illi homini sic imaginato opponeret, diceretur dextra vel siniſtra, z dicetur illa domus est dextra, vel siniſtra, hoc probat expresse Ezech. xlvj. c. in fi. vbi sic ait, Facies domus respiciebat ad orientem, aque aūt descendebāt in latus tēpli dextrū ad meridiē, ꝛc. vide similitudo hominis est, q; facies hominis respicit oriētē, latus enim dextrū est meridies. Si vero nō ſ esset corpus ita leuatū. tunc siquidē locus ille habet caput, z pedes, scdm qd §. diximus, necessario per eandē similitudinem dabimus ei dextrā, z siniſtrā. Exemplū in flumine. fingamus hoiem iacentē in flumine tenentē caput vbi est caput fluminis. pedes vero vbi est pes, vel finis fluminis, faciē aūt versus celū, tūc statim dextra z siniſtra pars fluminis cognoſcit, z ita loquit text. ff. cōmu. prꝛed. l. rectionis. §. fi. sic etiam in aliis locis, que caput, z pedes habent fingas hoiem sic iacere, pstratū, tūc dextrā, z siniſtrā cognosces: ſ si dicit, cognoſcat cur caput, z pedes in tali parte fingantur. Sz cur facies versus celū reuoluta ponat, vellez docere: si enim faciē versus terrā voluit, dicamus tunc partē q̄ primo dicebaz dextrā cōtinget esse siniſtrā, bz ecōuerso. Respō. totius terre superficies ē versus celū, z dicit superficies quasi superior facies, vt ff. qd vi aut clā. l. si vitē. §. antepe. vbi in ter. habet duplex literalia enim specie fundi, alia faciē fundi, z ibi dicit gl. in ver. faciem, illa ergo superficies est facies que erga celū respicit, ideo sic dixi. Unde ista loca depressa non habēt faciē respectu nostri sed respectu celi, ideo respectu nostri nō habēt ante, vel post. vt dixi. iō finxi hoiem iacere prostratū. Si vero inueniret aliquis fundus cuius nō possit caput, nec pedes dici fm prꝛeceden. doc. nec ante, vel post, tūc dextra, z siniſtra deberēt aliter ꝓsiderari. Vā Arist. † in ij. de celo. z mundo. querit an celū habeat dextrā vel siniſtrā, z determinat q̄ sic. Cū enim dextra sit principiū motus, vt dictum est. apparet q̄ dextra orbis est orientis, siniſtra vero occidēs, z sic fm hoc de necessitate opz poni q̄ caput orbis sit in meridie, pedes vero in septētrione, z sic fingēdus ē vn⁹ homo q̄ faciē figat vsus celū, spatulas versus terrā, z sic in dextra ei⁹ erit sol orientis, z in siniſtra sol occidēs, hoc ergo modo qū alij modi inueniēdi dextrā z siniſtrā faciūt, facile erit dextrā, z siniſtram caput z pedes cuiuslibet rei immobilis inuenire: sed si respicit faciē partis orbis: z hec ꝓpꝛior locutio esset z naturaliter loquēdo: quantum ad modos nostros precedentes modos puto probabiliores, z primo in inquirēdo: z si queratur medium inter ante, z post, inter dextrā, z siniſtrā, dico eodez mō quo dixi, scz, inter caput, z finem. Et predicta circa loca, tempus vero q̄ nullam latitudinē habet, non habet dextram, siue siniſtram.

ADDITIONES.

a T. D. C Hā. §. z j. Uide que decidit per istā d. Bar. hic. d. bar. Soci. in cōsi. clxxxj. in ij. vol. inc. visis capitulis, in ver. circa tertium. vbi etiam ponit, q̄ de natura dictionis infra, est vt contineat contingentia externa quibus adiungitur.

b C Cōtingit esse siniſtrā. Uide plene per d. bar. Uer. in suo tra. de Imperatoꝛe militū eligendo. in j. primi. dignitatis, vbi infert per istā doctrinā Bar. vbi arguit cōtra dominos Venetos. qui imaginem beati Marci in sigillis, z aureis grossisq; argenteis imprimunt a dextra, ab altera vero parte imaginem ducis, dixi plene in trac. meo de Venete vbis libertate, z eiusdē Imperij dignitate, in primi. xlviij.

Prorupit flumen. Id est, pars fluminis, dicit glo.

1 Riuus appellatur pars fluminis, z est iuris publici.

2 Riuus non procedens a flumine, sed a fontibus vel alijs venis quando sit publici, z quando priuati iuris.

3 Fouea per quam aqua ducitur ad molendinum, cuius iuris sit.

4 Flumen, fluuius, z amnis idem sunt.

Et alia parte riuo nouo ꝛc. Scz, illa

1 pars, dicit gl. hic in ver. ceperit. vides ergo † q̄ ps fluminis appellat riuus, z sic nō est dubiū qd in hac significatione riu⁹, est

2 iuris publici. An aūt † alij riui a flumine non procedētes, sz fontib⁹, vel venis alijs sint publici, vel priuati, dubitatur. Et vt qd non. ff. de flu. l. j. §. j. z ita tz Rof. super illo ti. prꝛo hoc facit ff. de riuis, per totum. Sedo, qñ riuus est manufactus. per quē aqua ducitur ad vtilitatem priuati, z tunc est priuatus, vt in toto ti. de riuis. Uñq; riuus est locus. per quez aqua naturaliter fluit z tunc regulariter puto illum locum priuatum esse, vt ff. finium regun. l. sed si riuus, z d. l. j. §. j. de flu. z erit eorum qui ab vtraq; parte predia possident, vt in preced. lib. diximus de fossa. Sed si riuus talis esset in vsu publico, tūc intelligerem illum riuum esse publicum, vt ff. ne quid in loco pub. l. ij. §. hoc iuter dictum. ibi ad ea igitur loca hoc interdictum pertinet, que publico vsui destinata sunt, vt argu. ff. vt in flu. pu. na. lic. l. j. §. fossa. ibi. possunt

3 autem etiam hec esse publica, z non publica. Quid dices† de fontibus, per quos aqua ducitur ad molendinum? Rñ. vt dicitur in

4 l. quominus. ff. de flu. Et not. † qd hoc nomen flumen, fluuius, z amnis, idem significant, alia vero nomina, scilicet, torrens, riu⁹, fossata, erp'lanata sunt §. prꝛori. z preced. lib. Cetera verba legis clara sunt, nunc igitur ad ostendendum diuisionez insule, veniamus ad figuras.



In hac figura ripe ab vtraq; parte fluminis sunt recte in se, z etiam vna ripa est recta per cōparationem ad aliā. Et in hac figura sunt due insule. Prima insula tota pertinet ad Lucium, cuius predium est vltra flumen. Rō. qz insula nō tz media pars fluminis. sed illi parti vteriori est prꝛoximior. Ad hoc autez sciendū vtrū insula alteri parti sit prꝛoximior, dat doctrinā glo. in hoc §. verſ. qs si alteri parti. in verb. prꝛoximior sit, ꝛc. q̄ potest sciri accepta chorꝛdula, z pūcto in medio posito inter vtrūq; agrū, z tūc si punctus est ab vna parte alijs cedat, alias fm qd punctus extēditur. ita dt d. gl. Sed vt ista doctrina sit vera, nō sufficeret chorꝛdulā sic ponere in vna parte, sed ponatur in duabus, vna in prin. insule versus caput, alia in fi. tunc ab illis duobus punctis medijs ducatur linea recta, z si quidem tota insula relinquitur ab vna parte illorum est, qui ab vna parte predia possident. Si igitur prima chorꝛdula. c. d. in cuius medio sit punctus. a. z qs illa a. sit in medio, ꝓbatur cū eris in medio p mēsuratorē. In hac figura apparet q̄. a. ē cētrū circuli rubei, qz punctualiter tangit vtrāq; partē ripe, deinde sit scda chorꝛdula in pede insule, q̄ sit. e. f. z ponat in medio pūctus. b. z q̄ ille punct⁹ sit in medio, apparet q̄ ē cētrū circuli crocei, deīde ducat linea, seu chorꝛdula. a. b. z qz insula ē tota vltra illā chorꝛdulā tota ptinet ad prꝛedium Lucij. qd est vltra flume. Ad ꝓdium vero Caij q̄ est citra, nil ptinet. In scda vero insula simili mō ponat vna chorꝛdula, q̄ hēat pūctū mediū. a. deinde in fi. insule ponat alia chorꝛdula que hēat punctū mediū. b. q̄ aūt isti puncti sint in medio ꝓbat ex precedētibus. tūc ducat linea. a. b. z tunc q̄ illa secat insulā, gc quid est vltra illā. est Licij. que ab alia pte prꝛedium possidet, q̄ vero est citra illā lineā est Seij. vt ꝓz ex hoc §. Et not. q̄ semper cū linee ripe sint recte omni rectitudine, vt est ista chorꝛdula, dum cenda, est recta, ita q̄ faciat angulum rectū ab vtraq; parte, per istum enim modum recte inuenitur medium, vt apparet.

Hec figura differt a preced. qz supra linee ab vtraqz parte sunt recte, secundū se ipsas, z etiā dicuntur recte vna respectu alterius: qz tantum distat vna ab alia in capite, quantum in fi. Sed in hac in capite minus distaret, z semper vniformiter elongatur. Erit igitur fienda diuisio insule hoc modo, qz primo ponatur vna chordula in principio insule ab vna ripa ad aliam, z notetur punctus medius, z sit. a. deinde extendatur alia chordula longior in fine insule, z notetur punctus medius. b. deinde ducatur linea. a. b. z illa linea diuidens inter eos. qui sunt vltra, z eos, qui sunt citra. Sed hic occurrit dubium. qualiter ducatur linea a ripa vlteriori ad citeriorem: nam non potest poni qz faciat angulum rectū ab vtraqz parte. Dico igitur considerandum, qs quantum ille due ripe distant in vlteriori parte, tantum distant in ripa citeriori, z tunc potest esse error. quia probato: qz qualis est portio totius ad totum, talis est medietatis ad medietatem per equale spatium. sicut tota latitudo fluminis venit vniformis ampliando respectu distantie que est vtraque ripa inter eos, qui sunt ab vtraqz parte, fiet diuisio, vt dictum est de allunione.



Ista figura facta est ad declarationem l. pen. §. Paulus. ff. de acqui. rer. do. vbi dicit qs insula primo relicta in flumine iure proximitatis. habet ius in aliis insulis postea in flumine natis, siue relictis. In hac igitur figura constat, quod insula in primo relicta tota pertinet ad eos qui possident vltra flumen, scilicet Luctum, z Tirium, quando illa insula est tota vltra medium fluminis vt linee rubee ostendunt. Insula vero relicta pro parte pertinet ad Lucium, qui est vltra, pro parte ad Caium, qui est citra, quoniam mediā partem fluminis tenet, vt linee ducte ostendunt, z probatum est in precedentibus figuris. Sed nunquid insula primo relicta ratione proximitatis debeat aliquid habere in dicta secunda insula videndum est. Ad qs sciendum est: pone a flumine vnum punctum in insula prima qui plus est proximus insule secunde, z sit. a. deinde in ripa Caij assumatur alius punctus, qui magis est proximus extremitati secunde insule que plus proxima est insule prime, z sit. b. deinde pone pedem circini in puncto. a. z extende ita, quod pertranseat aliquam partem insule, z volue semicirculariter, deinde pone pedem circini in puncto. b. z per tantundem spatium extende. Et nota, vbi dicendo circuli se prescindunt, scilicet, puncto. c. d. z ab illis duobus punctis duc lineam rectam rubeam. Ex quo concludo, quod quicquid est insula secunda supra dictam lin. c. d. totum cedit insule primo relicte, z eodem modo comperies in insula tertio relicta, vt linee dicte ostendunt. quod sic probatur. Si ab equalibus equalia adimes, que remanent, sunt equalia: sed constat quod tantum distat circulus vnus a suo centro. a. quantum distat alius circulus a suo centro. b. z cōstat quod linea. c. d. adimit ab vtraque parte equaliter: ergo patet, quod linea illa equaliter distet ab vtroqz, z sic qs est supra illam lineam cedit puncto. a. iure proximitatis, quod vero est infra, cedit puncto. b. iure proximitatis.



Supra dictum est de his figuris, que habent lineas rectas iuxta ripam. hic videndum est de his que habent ripas tortas, z curuas, veruntamen hoc contingit dupliciter, nam quandoqz sunt recte ab vtraqz parte fluminis, z ita in vna ripa inflectitur versus aliam quod vbique equaliter distant, vt in hac figura ostenditur, licet hoc raro contingat. Quandoqz ripa est ab vna parte recta, z ab alia tortuosa, vel ab alia parte torta vno modo, ab alia vero torta modo dissimili, z de hoc dicetur in sequentibus.

In hac igitur figura ducenda est linea per medium ea tortuositate, qua ripe sunt torte, vt ostendit linea rubea, z quicquid est vltra lineam, est magis propinquum eis, qui vltra flumina predia possident, quicquid vero est citra illam lineam, est magis prope eos qui citra flumen predia possident, illam autem lineā sic duces, accepta chordula. z puncto in medio posito que chordula vniformiter ducatur ab vtraqz parte ripe z semper notetur locus, per quem transit ille punctus medius, illa est linea per quam ille punctus medius transit, z linea per medium diuidens.

Ita



Ista figura facta est ad necessariam euidentiam omniũ dicendorũ, docet eñ, quomodo positis quibuscunq; pũctis per lineam non directã illi possunt reduci ad circunferentiam eiusdem circuli, ponantur ergo tres puncti. a. b. c. tunc pone circinũ super. a. ⁊ extende vltra medium spatium. b. ⁊ volue semicirculũ: deinde ponas pedem circini super. b. ⁊ in eadem distantia versus. a. volue semicirculum. Et not. quod vbi dicte due linee circulares se prescindunt, scz in puncto. e. f. ⁊ ducas super pũctos lineã rectã, ⁊ extendas quãtum volueris, ⁊ deinde similiter facias in puncto. b. c. ⁊ duas lineas circulares, que se prescindũt in pũcto. g. h. ⁊ ab eis ducas lineã rectã, ⁊ extẽdas, tũc dico, ꝙ linea. e. f. ⁊ linea. g. h. secabunt in pũcto. d. In illo igit̃ puncto vbi secãt, ponat̃ pes circini ⁊ extendatur vsq; ad vnum pũctum. de datis. d. ⁊ voluant̃ omnes illi tres puncti, reperient̃ in circunferentia dicta, ⁊ hoc contingit, quocunq; modo tres punctos ponas in linea non recta, ⁊c.



Figura Ista similiter ad euidẽtiã dicendorum facta est: docet eñ qualiter, posito vno pũcto ab alia parte, ⁊ vna recta linea ab alia aliquod spatiũ quadratũ iure propinqtatis diuidit̃ inter punctũ, ⁊ rectam lineã, sit ergo pũctus datus a linea posita. b. c. ⁊ totũ quadratum. a. b. c. d. Queritur, quantũ illius quadrati spatio debeatur pũcto a iure proximitatis, ⁊ quantũ linee. b. c. ita quod ponit̃ vna linea super quã qcquid sit illud sit propinquius. a. pũcto. quod vero est infra, sit prooinqui⁹ linee. Ad quod dico ꝙ primo illud quadratũ diuidendũ est ꝑ mediũ s̃m doctr. preced. ⁊ sic linea diuidẽs. e. f. ⁊ de eo quod est infra nil pertinet ad punctũ. a. Secundo fiat linea per diametrum dicti quadrati. b. d. ⁊ similiter de eo quod est infra dictã lineã nil pertinet ad punctum. a. Illud vero quod est supra restat diuidẽdũ, ⁊ hoc constat quod hic habemus duos punctos eque distãtes a puncto. a. ⁊ a linea data videlicet, punctus. e. ⁊ punctus. d. inueniatur ergo alius punctus eque distans, ⁊ sit. g. quod hic eque patet. qꝛ est centrum circuli azurei qui punctualiter tãget punctũ. a. ⁊ lineã datã, tũc ergo illi tres pũcti. e. g. d. reducant̃ in circunferẽtiam vnius circuli, s̃m precedentem figuram ducendo lineã, vt ostendũt linee crocee, cuius circuli centrũ cadit extra quadratũ in puncto. b. ⁊ ducatur ille punctus, vt ostendit circulus rubeus ductus. Tunc dico ꝙ qcquid est s̃. dictã lineã circularẽ. e. g. d. pertinet iure proximitatis ad punctum. a. residuũ, quod est j̃. pertinet ad lineam positam. Et ꝙ hoc sit verũ, patet, si ponatur alius punctus in linea rubea circulari. a. ⁊ ibi ponat̃ circinus, ⁊ extendatur vsq; ad pũctum. a. pũctualiter, tãget illud, ⁊ etiam lineã, vt ostẽdit circulus croceus, ⁊ idẽ vbicũque poneretur aliquis pũctus in d. linea rubea circulari, hoc dico ita quod non esset error notabilis, ita quod si esset argẽtum, non esset notabilis deceptio: vnde dico ideo qꝛ cũ ab vna parte sit linea recta, ⁊ ab alia rotunda, non esset perfecta separatio ꝑ medium. Ex quo collige talem regulam positis tribus punctis eque distãtibus intra pũctum datum, ⁊ lineam datã, circulus in cuius etiam circunferentiam illi tres puncti reducuntur per totum quadratum equaliter distat, ⁊c.

Si hec figura bene inspiciatur, propinqua est pũcto acuto a ripa predij Lucij, ⁊ toti latitudini ripe predij Caij, ad prediũ aũt Titij non appropinquat. Videam⁹ ergo diuisionẽ inter Caiũ, ⁊ Seiũ ⁊ Lucium, ⁊ videtur quod Lucio nil debeatur: qm̃ ripa sua, que appropinquat insule, terminatur in puncto indiuisibili, non habenti aliquã latitudinẽ, sz insula debet diuidi pro modo latitudinis. l. inter eos. ff. eo. Cũ ergo ibi non sit aliqua latitudo, ei nil debetur. Contrariũ dico. Nam inter eos, qui sunt ab vna parte, fit diuisio pro modo latitudinis. d. l. inter eos, sed inter eos qui sunt vltra, ⁊ eos, q̃ sunt citra, fit diuisio iure propinquitatis, vt dictũ est: videndũ est igitur, quod ponamus vnã lineam iure propinquitatis euidẽtem, ⁊ hoc fieri debet ex doctr. prece. figure. Extendat̃ igit̃ vna chorda a pũcto predij Lucij vsque ad ripã Caij, ⁊ fiat cũ chordis, vel signis, in flumine vnum quadratũ. a. b. c. d. deinde inueniat mediũ quadrati ꝑ lineã. e. f. ⁊ constat ꝙ qcquid est infra dictã lineã ꝑtinet ad Caiũ, deinde ducatur alia linea per diametrũ quadrati. b. d. ⁊ similiter constat quod id ꝙ est j̃. dictam lineã, pertinet ad Caiũ, deinde inter pũctum. c. ⁊ punctum. d. inueniatur pũctus eque distans a pũcto predij Lucij ad ripam Caij, ⁊ tunc illi tres puncti reducãtur in circunferentiam vnius circuli per precedentia, cuius circuli cẽtrum inueniatur in predio Lucij, ⁊ in puncto. b. vt ostendũt linee crocee. Dico ergo quod illa linea circularis. e. g. d. est in ea, ⁊ quicquid est. s̃. illam pertinet ad Lucium, quod vero est infra, pertinet ad Caium, vt patet ex precedentibus, ⁊c.



Hec figura differt a precedē. q̄ in precede. pūctꝰ magis ꝓpinquus erat in capite insule, hic vero est in medio, vel circa vt patet in puncto predij Caij acuto qui est. b. ⁊ ideo in flumine debent fieri duo quadrata scilicet vnum supra, aliud infra: fiat ergo versus caput fluminis vnum quadratum. a. b. c. f. ⁊ versus finem fiat aliud. a. b. c. d. deinde ducatur linea media. g. h. dico de eo, quod est supra, nil debet habere Caius, deinde ducatur alia linea, per diametrum primi quadrati. c. a. ⁊ alia per diametruz secundi. a. c. ⁊ similiter de eo quod est supra illas, nil debet habere Caius: deinde inueniatur vnus vel duo pūcti in illo spatio, qđ est infra eque distās a puncto Caij, ad lin. predij Lucij, vt i. k. qui reducantur in circunferentiam illius circuli, qui circulus erit, e. i. k. c. ⁊ eius centrū cadit in predio Caij, in puncto. m. quicquid est infra lineam circularem, pertinet ad Caiū, vt supra probatū est, vel veriꝰ assume puncta. e. m. ⁊ reducas ea in circunfer. eiusdē circuli, ⁊ habebis propositum: q̄ redit in idem quod supra.



Hec figura differt a preced. q̄ vel ab vtraq; parte est linea recta vel ab vtraque parte est curua, ab vna recta ab alia pūctus acutus, hic vero est ab vna parte linea recta, ab alia habet quandam rotunditatem, cuius caput connexum est versus insulam: inueniatur ergo in principio insule punctus medius. a. in medio alius. b. in fine, alius. c. ⁊ hi, tres reducantur in circunferentiam eiusdem circuli per precedentia, ⁊ habebis medium. Ex quo collige regulam, quod, positis tribus punctis eque distantibus inter lineam rectam, ⁊ lineam connexam, circulus, in cuius circunferentia illi tres puncti reducuntur, totum spatium iure proximitatis equaliter diuidit: ⁊ hoc in sequenti figura demonstrabitur.



Figura ista differt a preced. ⁊ q̄ hec ab vna parte ripe acute est punctus, ab alia parte rotunda est concauum versus punctum, cuius sic faciēda est diuisio. Primo ducatur lin. ab vna parte circuli vsq; ad aliam, ⁊ sit. a. b. ⁊ ideo hoc vt sciamus, quod de eo quod est supra. d. lin. nil potest deberi ripe concaue, nisi ratione illorum punctorum, quoniam quelibet pars, que est infra, est magis remota ab alia parte, quam sint illi puncti: deinde inueniatur medium inter punctū predij Lucij: qui sit. c. ⁊ illa puncta per doctrinas datas in preced. inter. a. ⁊ c. erit medius punctus. b. ⁊ inter. c. ⁊ b. erit medius. c. vt ostendunt linee ducte, deinde inueniatur medium inter. c. ⁊ aliquam partem dicte concauitatis, ⁊ sit. f. deinde illa tria puncta. d. f. e. reducantur in circunferentiam eiusdem circuli per precedentia, cuius centrum erit in puncto. h. dico ergo, quod quicquid est infra circulum. d. f. e. pertinet ad Titium iure proximitatis: quod vero est supra, pertinet ad Lucium. Ex quo collige regulam, quod posito vno puncto ab vna parte circulari, concauitate, ⁊ alia infra concauitatem inuentis tribus punctis, eque distantibus ab vtroque latere linea circularis, per quam illi tres puncti in circunferentiaz reducuntur, per medium diuidit, ⁊c.

Ita



Ista figura differt a preceden. qz supra est pũctus ripe superioris quẽ constat esse propinquiorem qualibet alia parte ipsius ripe: hic vero ripa superior est rotũda, z cõnexa est versus insulã, z ideo quelibet pars illius ripe fit ꝓpinquior pũctis ripe inferioris concauis. Igit̃ primo ducat̃ linea ab vno pũcto circuli inferioris, vsqz ad lineã, z sit. a. b. ea ratione, qua diximus in precedẽ. figura deinde ponatur circulus in pũcto. a. z extendat̃ vsqz ad ripam superiorem, z ibi aliquantulũ voluatur circulariter, vt ostendit linea curua crocea, z ille punctus, vbi ripa superior tangitur, est propinquior, z sit. c. z eodẽ modo facias in pũcto. b. cui pũcto propinquior est. d. deinde inter. a. z c. inueniat̃ punctus medius, z sit. c. z inter. b. z d. inueniat̃ alius punctus medius z sit. f. deinde inueniat̃ alius pũctus medius inter ripam superiorem, z inferiorem, z sit. g. deinde illa tria puncta. e. f. g. reducãtur in circunferentiam eiusdem circuli, cuius centrũ cadit in predium Lucij, in puncto. h. Dico ergo qđ quicquid est infra illũ circulum. g. f. pertinet ad Titium iure proximitatis, ꝙ vero est supra illum, pertinet ad Lucium, vt ex precedenti. apparet, z linee recte demonstrant. zc.



In hac figura ripa superior est directa, inferior est circularis, z concaua. Primo igit̃ in qualibet linea circuli facienda est diuisio ꝑ quadratũ, vt linee directe ostendũt, z dictũ est supra in vj. figura. z vij. hic vero describã aliquid de dicta diuisione. Primo em̃ ducat̃ vna linea ab vno pũcto vnius circuli, vsqz ad aliã. a. b. z hoc ad ostendendũ ꝙ est infra lineã illã nil debetur ripe circulari, nisi ratione punctorum, deinde fiat diuisio inter punctum. a. z lineam, que est superioris ripe, que format vnum quadratum. a. c. d. e. quod quadratum diuidatur per medium ducta linea. f. g. Tunc dico qđ de eo, quod est supra illa, nil debetur puncto. a. deinde ducatur alia linea per diametrum quadrati. c. g. tũc similiter dico, qđ de eo, qđ est s̃. illã, nil debetur pũcto. a. In illo vero spatio quadrati, qđ remanet j̃. inueniatur alius pũctus medius. h. deinde illa tria puncta. f. h. e. reducantur in circunferentiam eiusdem circuli cuius centrum cadit in fundo Titij, in puncto. k. z illa est linea diuidens inter punctum. a. z ripam precedentem. In alio vero puncto fiet quadratum, z diuisio simili modo: illud vero, ꝙ est in medio, diuidatur sic, quod inueniatur alius punctus medius inter rotundum, z ripam precedentem, z sit. o. tũc illi tres puncti. e. o. n. reducantur in circunferentiam eiusdem circuli per precedentia, cuius centrum cadit supra in puncto. p. z illa est linea diuidens, zc.



In hac figura ab vna parte est ripa recta, ab alia angularis vñ tractatur de diuisione spatij medij, qđ sic fieri debet quod dicte linee ducãtur a linea predij iferioris donec iungãtur cuz superiore, z in capite sit linea ducta. a. b. in fi. sit. c. d. vt ostendit linea crocea, deinde in parte. j. inueniatur basis vnius trianguli duorum equalium laterum, vt ostẽdit linea crocea. e. f. z eodẽ modo inueniatur in ij. parte alia basis, vt ostendit linea crocea. f. g. deinde quilibet predictoruz triãgulorum diuidatur per medium secundum doctr. datam in iij. figura primi, scilicet, ducendo lineã a pũcto primi trianguli. a. vsqz ad punctũ. b. qui est medius basis. e. f. z a puncto secundi trianguli. d. vsque ad punctuz. i. qui est medius basis. f. g. z ille linee ducantur versus spatiuz quod remansit in medio, z coniungẽtur in puncto. k. z illa est linea diuidens directo per mediũ, iure propinquitatis. Sed huic op. qđ punctus. h. quam dicis secare per mediuz, magis appropinquat ripe superiori in pũcto f. inferiori in puncto. m. respon. quod verum est vt ostendit circul⁹ azureus: sed ille punctus. k. est eque propinquus pũto. c. z pũcto. g. sicut ripa superior. quod patet: quia circulus duct⁹ a puncto. k. equaliter tãgens. d. puncta. e. f. g. punctualiter eque distat. Cõcludit̃ ergo ꝙ vere dicta linea. b. h. k. i. d. est linea diuidẽs iure propiquitatis inter dictas ripas. Ex hac em̃ figura sumendũ est ꝙ posito vno triangulo, si ducantur due linee diuidentes duos angulos per medium ille linee iunguntur in puncto, supra quẽ potest constitui circul⁹ tangens eque, z pũctualiter tres lineas trianguli, z demonstratur hoc per Euclidẽ li. iiij. con clus. quarta.

Sta figura habet punctū solum in ripa superiori.f.b.cui de insula debetur aliquid iure propinquitatis:in inferiori hz triangulū.a.b.c.dicat ergo linea.a.c.quā lineā constat tangi a pūcto.d. diuisio igitur iure propinquitatis debet hoc modo fieri,qz tam in capite,quam in fine fiant trianguli duorum equaliū laterū, vt factum est in precedenti figura,quorū primi basis erit linea crocea.d.f.z alia linea.b.g.z illud spatium qđ est infra alias lineas.b.f.b.g.debet diuidi iure propinquitatis inter pūctū.d.z totam ripam predū inferioris,que diuisio fiat diuidendo duos angulos per medium,sm doctrinas precedentes,z ille due linee se contingunt in puncto.c.ille punctus est centrū qui tangit punctū.d.in ripa viteriori,in anteriori,vel citeriori vero tangit pūctum.f.z punctū.g.oēs alij puncti sunt magis remoti,vt ostēdit circulus croceus ductus. Restat ergo qđ fiat diuisio huius partis insule,que est extra illum triangulū.b.f.b.g.z si bene respicitur,quicquid est extra illud,apparet esse infra duas lineas rectas,z tūc aut sunt recte secundū se equaliter,aut inequaliter. In quolibet predictorū casuum habes modū diuidendi ex his que dicta sunt ō.in j.z ij.figura huius lib.ij.ꝛc. His circa decisionem insularū premissis predicta faciūt in ar.ad questiones quotidianas.z de facto emergētes. Dicamus,cōmune Perusij statuit qđ si qua possessio reperiret in comitatu Perusij, quę non esset attributa alicui ville,vel castro,quod talis possessio cederet territorijs illarū villarū.z castrorū,que essent ppinquiores:contigit qđ reperit quoddā magnū podere infra cōmia triū villarum,qđ nulli ville,vel castro attributum est,quid iuris? Ex hoc themate oriūtur plures questiones. Prima est,qđo intelligat illud qđ dicitur qđ cedit illi ville,que est propinquior. Rñ.i.quatenus est propinquior,non em si vna villa magis ppinquat vni pūcto,ideo ei attribuet totū:sed cuilibet de dicto podere attribuet quatenus,ppinquior est,hoc apparet ex isto ſ.insula.quē supra legimus,ibi,qđ si alterius parti primi fit,ꝛc.z hoc dixi supra in gl.sup verbo.cōis fiat eorū. Sed est videndū a qua parte ville,vel castri debeat incipere mensurator. Ad qđ sciendum est,quomodo cognoscat ciuitas,vel villa,de quo per do. Joan. Andr.de sentent.excomm.cap.si ciuitas.libr.vi.in nouella. Tu clarius,z breuius dic,qđ licet in vsu nostro ciuitates appellam⁹, que habent episcopū,tñ ante,quam episcopi essent,erat appellatio ciuitatū,z denominabant ab illis officialibus qui tūc erant vt octagesima distinctio.can.vbes z loca.ꝛc.cum duobus sequentibus. Dico igitur,qđ proprie dicit ciuitas,omnis locus in quo exercetur iurisdictio illa que competit defensoribus ciuitatū.de quo dicit in authē.de defen.ciui.ſ.iusiurandū. Et not.qđ triplex est ciuitas. Quedam maxima vt ciuitates metropolitane,in quibus stabāt presides,z prefecti pretorio,hodie reges,z curie regales quos appellatur. Alia est ciuitas magna,in qua est forū causarū meri,z misti Imperij. Alia est ciuitas cōmunis,in qua exercentur causarum,que competūt defensoribus ciuitatis,vt supra dixi.z probat ff.de excusatio.tut.l.ſi duas.ſ.decet.vnde si ciuitas non habeat episcopum,vel sit ciuitas priuata episcopo,tamen ciuitas remanet propter forum causarum secularium.ideo autem venit in vsu,vt ciuitas appellet,que habet episcopū,qz episcopus non consueuit ordinari nisi in illis locis,vbi antiquitus nomē ciuitatis.d.c.j.lxxx.distinctio.dixi C.de metropo.Bithinica.lib.xj.Secundo est castrum,z illud dicitur quasi castrata.hoc est locus fortis,in quo dicta iurisdictio non exercetur C.de fun.limi.l.quicunqz castellorum.lib.xj.z dist.lxxx.episcopi non in castellis. Tertio est villa,z illa sm propriam significationem dicitur a vallo,hoc est ciuitas que non cingit muro,sed vallo,sm Hug. Sed in vsu nostro villa appellatur quedam regionia plurium habitantiū,sine aliquo municipio.que propter hoc quando dicitur vicus,sm Hug.z ita accipit glo.de iure.z.ar. ex hoc iure gentium.in gl.super verb.collata. Ad secundum dubitandum est,quod mensuratio debet fieri ab illa parte,que propinquior est loco mensurando,vt ſ.ostensum est in isto themate. Sed in castro erit clarū. In villa poterit dubitari,qz domus sunt sparse,sed puto quod si esset aliqua domus que distaret multum ab alijs,quod illa domus non dicatur de vicinia sua magne vox erauditi non poterit.l.j.ſ.eodem autem tecto.ff.ad Sil.z plene dixi de aq.plu.ar.l.ſi tertius.in prin. Et aduertendū est licet lex dicat qđ mille passus debeant mēsurari a cōmentibus edificijs.l.mille passus.de verb.sig.tamen in presenti statuto potest qđ debeat inchoare ab ipso muro ciuitatis vel castri,vel ab ipso loco,vbi villa terminat,sed qz hoc inuenire est difficile,ideo hoc declarabo per seq.fig.ꝛc.



Talius poderis diuisio facienda est per istum modum:qz primo in qualibet villa faciendus est pūctus,qui plus est illi poderi relicto,propinquior,z qz circinus non posset haberi ita longus qui extenderetur ab vna villa ad aliam.seruādus est iste modus: qz prima ducat ab vna villa ad aliaz prout respicit linea recta, z a prima villa vsqz ad secundam ducatur linea azurea,a.c.z a secunda ad tertiam lineā.d.b,ad primā,z tertiam lineam,a.d.deinde in qualibet istarum reperiat punctus medius,z in linea a.c.erit punctus.c.z in ea linea ducantur duo puncti eque distātes.h.i.deinde ponatur circinus in.h.z extendat vsqz ad.i.z ducatur linea circulariter,z eodem modo ponatur in pūcto.i.z tendatur ad.h.z ducat linea circularis,z vbi ille linee se protendūt,ille sunt linee ad diuidendū per medū inter illas duas villas.z sic linea.p.qz diuidit inter lineā primā.z secundā,z eodem modo fiat inter secundam,z tertiam villā inter quas diuidit linea.q.non repetendo alias literas,z eodem modo fiat in prima villa.z in tertia villa.diuidens inter eos erit.q.ſ.Ex qđ sequ cluditur qđ quicquid est.ā.illas lineas.p.q.ſ.pertinet ad primā villā.Et quicquid est inter illas duas.p.q.r.ptinet ad secundā,z quicquid est vltra illas duas lineas.ſ.q.r.pertinet ad tertiā villā.Si autem plures essent qđ tres,statim patebit,in ſ.figura.

XXXVIII



42 **Titium esse** ᵃvel † fuisse vult aliqs pbare quia pars aliqd factū esse fatetur per vnum hominē, sed illum fuisse Titiū negat, propter quod ad testes recurrit. Si testis dixerit Titium fuisse illum quia vidit, satis est: idem si dixit, vidi faciem eius, satis exprimit. Nam Paulus respondit, ꝙ p imagi

nem cognoscimur. Tot enim Deus fecit in faciē, quod fere est impossibile reperire homines, qui i facie omnino similēt: secus puto, si a tergo dixerit se vidisse. Huic autē dicto de visu, derogaret ex loci distātia. Si enim a lōge dixerit se vidisse, aduertēda est distātia, vt si tāta in qua sensus communiter possit decipi, plenā fidē non facit: secus distātia esset modica, ⁊ hoc a nostris maioribus est receptū: ⁊ ideo vt p̄dicta cessent, sepe dicto testis adijcitur q; vidit, presens fuit, sed si simpliciter dicat vidi, intellige de visione plenaria, que est de propinquo, nisi interrogetur vlterius, cū etiā a longe vidisse se, vt consueuit apponi loci distantia, vel per mēsurā, vel per exemplum alicuius loci notorij, vt ex hoc cognoscatur an iudex ad fidē adduci debeat. sed si simpliciter dixerit a longe se vidisse, nec de distantia aliquid expri-
43 matur, eius dicto ad plenam fidem stādum non puto. ¶ † Huic
b etiam derogatur ex tempore, quid enim si de nocte b dixerit se vidisse, cum enim illo tempore sensus decipiatur, faciliter non putarem ei standum, nisi bene se recognouisse exprimeretur, vel ex approximatione multa, vel ex lumine alicuius magni ignis, vel
44 lune. ¶ † Et etiam derogatur ex qualitate, qō qualiter fit est videndū quid enim vt in facto accidit, si testis dixerit quod dum in taberna tōsoris in speculo se aspiceret in eodem speculo illū vidit, ⁊ Titium fuisse cognouit: huic enim dicto stādum non arbitror: illa enim visio per lineam reflexā fit, ⁊ imago psone multo minor quā fit oculis nostris cernitur, sicut si multum persona distraxerit: ideo non facit fidē sicut dicitur de distantia loci, ⁊ receptum est. Quod autē dictū est, q sufficiat dicere se vidisse, etiā ratione illa non videtur subsistere, non enim sufficit videre solū nisi etiā interior precedat notitia de quo in reddendo causam ō causa nil dicit, sed cum nullius dictum intelligi debeat vt loquatur vt stultus, maxime in proposito vbi de teste loquimur, cuius persona vt idonea est recepta, dicēdum est sufficiētē causam reddidisse, vt sic dicendo se vidisse illum fuisse Titiū omnia dixisse videatur, que ad cognoscēdum quid sit Titius requirūtur nisi interrogetur vlterius, cui congruit q relatum est sufficere causam dicere, nisi de causā etiā fuit interrogatus. ¶ Sed si interro-
45 gatus † fuerit si eum prius cognoscebat, ⁊ qua notitia respondere tenetur. Si enim dixerit quia erat suus vicinus cōtiguus, vel aliter cum eo assidue conuersabatur: satis exprimit, q si eum dicit alias vidisse semel tātum, ⁊ leui notitia, ⁊ postea magnū tēpus excessit, tunc plenā fidē nō faceret. De facili enim talis recognoscendi notitia perditur, vel ex imbecillitate memorie cognoscentis vel ex mutatione que in cognita persona otingit propter antiquitatē, seu infirmitatē, ⁊ alios casus. Sed si eū in pueritia recognouisse se diceret, nunc vero ad etatē adultā, seu virilē, pcessit ille, qui dicitur cognitus, proculdubio nō probaret, propter magnā multitudinē ⁊ mutationē que cōtingit mēbris: ⁊ hoc expresse ex edicto pretoris de ptu custodiendo colligit. Ista enim
46 iudicialis inuestigationis sunt s; causarum varietatē. ¶ † Interdum testes dixerunt, q viderunt hominē aliquid facere, quo aūt nomine vocetur ignorant, tūc ad iudicē spectat illum hominem exhiberi, vt si ille fuerit cognoscat a teste. Sz ⁊ si de mortuo homine queratur quis sit puto ex aspectu recognosci, vt diximus in viuēte, nōnunquā tñ in morte tāta fit permutatio, vt cognitio sit difficilis ex aspectu faciei, tunc de necessitate recurrit ad eos qui partiū corporis recognoscunt signa, que cooperta portātur.

ADDITIO.

a ¶ T. D ¶ Titium esse. adde Bar. in l. stigmata. versi. primo quero. in fi. ⁊ ibi Jo. de Pla. C. de fabric. lib. xi. ⁊ vide concor. p Fel. in cap. sicut nobis. de re iudi. Jas. in l. nō minorem. versi. vltimo bene signa C. de transact.

b ¶ Si de nocte. Vide plures cōcord. per Jas. in l. non minorem in fi. C. de transact. licet de Bart. hic non faciat mentionem, ⁊ vide Fel. in c. sicut. de re iudic. ⁊ vide Bar. in l. aut facta. §. tempus ff. de penis. ⁊ ibi Alex. in addit.

Quantitas alia est corporis continui permanētis perpetuo vel per aliquod tempus, alia corporum separatorum. altera rei successibilis, ⁊ transeuntis, vt quantitatis temporis, de quo non habemus nisi presens, quod enim preteritū est, esse desinit quod vero futurum est, nondum est, de hoc in tit. de tempore, dicetur. Alia est quātitas qualitatiua, prudentes enim suo ingenio, quātitates metiuntur per gradus, vt bonus, melior optimus pessimus, ⁊ mediocris, ⁊ alijs modis diuersis, ⁊ hec in tit. de relatione ponemus. De p̄mis ergo duobus inuestigādū est. de quātitate corporis cōtinui primus, vel de linea lōgitudinis vel altitudinis, vel de supficie tota vel de toto corpore: hec autē quantitas quatenus ad nos spectat, cognoscitur per mensurationem ad aliquid aliud, ideo constitutum est ⁊ de cōsuetudine obseruatur, vt ciuitas suas habet mēsuras, ⁊ pōdera, ⁊ ad quas rei quātitas mēsuretur, ⁊ discernatur, vt puta pedē, passum, can-
47 narū, modiū, ⁊ stadiū, ⁊ similia. Si igit † de lōgitudine alicuius rei querit determinate: ⁊ quot pedū sit tota lōgitudo talis rei, testis dixit esse decē pedū: q; vidit, sufficientē causam nō reddit: q; per visionē solā ipsius rei, de hoc certi nō reddimur, debet ergo dicere: q; vidi ⁊ mensuraui: vel mēsurari vidi mēsurare enim longitudinem, ⁊ latitudinē communiter omnibus notum est. Si vero de hoc indeterminate queratur, potest per visum simpliciter causam reddere: vt si testis interrogatus dixerit rem paruam, vel magnā, vel mediocrē q; vidit, satis enim exprimit, hoc enim satis est ab hominibus cōmuniter cognoscibile per aspectum in rebus que eiusdē speciei sunt. Idē si dixerit interrogatus de longitudinē alicuius rei, respōdit esse decem pedū, ⁊ vltra q; vidit, tantus enim pōt esse excessus: q; decē pedū esse ab hominibus qui illud viderunt cognōscatur, idē si dixerit, nō esse decē pedū
48 q; vidit. † De superficie vero totius corporis mensurandi tractatur, cū fundus venditur ad mensuram ⁊ cū de aliquo pariete quot cannarū sit querit vel de tabulis: vel de edificio ex tabulis cōpilato queritur quot pedū sit, ⁊ similibus: hoc enim cōmuniter omnibus notū non est, sed cōsistit in artis peritia, ideo si res de qua queritur haberi pōt, est per iudicē mensuratoribus cōmittenda, q si res haberi non potest, nō est credendū testib. qui de re mensura dicerent limitate nisi eos constet in dicta arte peritos, ⁊ se mensurasse, vel mensurari vidisse testentur vt in precedentibus est de substantia dictum. Indeterminate vero de tali quantitate per visum ab omnibus recognosci, ⁊ testificari est facile. De toto vero corpore mēsurando difficile est si queratur, quoniam corpus quodlibet per superficiē tegitur, que est secundum omnē eius visionem, ⁊ accedit ad mensurā que inest stante corporis integritate, ⁊ est possibilis si diuidatur, vel perforetur tunc superficies erit. Est ergo necesse q ipsius corporis quantitas p̄ quod extrinsecus ostendatur: vt contingit in his que pōdere mensura cōsistūt. Si enim queratur de quātitate masse auri vel argēti, nō de lōgitudine, vel latitudine: sed de toto corpore queritur, ⁊ si dicatur q est libra: vel alterius pōderis, non respōdetur de quātitate: s; de qualitate pōderis pōdus enim quātitas est: sed his rebus quas cōsistere in pōdere dicimus, hoc enim vt ex pōdere grauiori, vel leuiori maior, vel minor quātitas dis-
49 cernatur, vnde cōgrue de pōdere respōdetur. † Si igitur testis dixit massā esse decē librarū q; vidit, nil probat. Non enim per visum cōprehenditur pōdus. Solū enim superficies videtur, ⁊ posset esse cōcauitas intrinsecus. Sz si diceret pōderaui ponderibus, vel vidi pōderibus pōderari, satis esset, etiā si pōderibus limitate nō dicatur, pōdera enim ⁊ pōderandi modi cōmuniter cognoscūtur Sz si diceret q; ponderauit, vel q; suis manibus pōderauit, idē puto: q; pōderare in vero eloquio idē est q pōderibus examinare. Sz si diceret manibus tetigi, vel meis manibus, vel in meis humeris subleuaui, vel portaui, tūc pōt indeterminate testificari de ponderē, non determinate, licet enim tactum iudicetur de pōdere nō tamen determinate, nisi instrumen-
50 ta ponderatoria adhibita sint. Sicut † enim si queratur de quantitate eorū que in mēsura cōsistunt: vt vini, ⁊ olei. ⁊ dicatur decē lagenas esse, vel fuisse in aliquo vase: quia vidit, ⁊ ita determinate loquitur, nō probat, nisi adijciat: q; mensurauit, vel mensurari
a vidit: secus si indeterminate loquatur, secundum q̄d in precedentibus dictū. Aduertendū est tñ q licet per mensurationem totū illud qō in vase mensurato continetur cum mensuratum cōprehendatur: tñ vere ⁊ proprie in vase non est nisi illa superficies vini, vel olei, que tangit superficiē vasis. Cetere vero partes vini vel olei, vna super aliam successiue in vase consistunt, tamen
51 totum in vase esse dicimus. † In his vero, que non consistunt in pōdere, vel mēsura, vel ad ista nō reducuntur, mēsuratio totius corporis est difficilis nec posset fieri nisi a peritis i arte. Oportet enim q mēsuretur superficies cuiuslibet diuisionis, que sunt sex, scilicet s. ⁊ j. ⁊ ante ⁊ post dextra ⁊ sinistra, exēplum de tassello. Ex his que fit quātitas totius corporis colligit, posset etiā hic esse deceptio si intra corpus esset concauitas Corporum ve-
52 ro † separatorum per quantitatis inuestigationem scire oportet q; quedam sunt corpora ita minima q eorum dinumeratio esset impossibilis, vt in farina, ⁊ cinere, ⁊ etiam in ceteris pulueribus In quibusdā vero dinumeratio est difficilis. possibilis tamen: vt in frumentis, ⁊ in his sicut in corporibus liquidis per mensurā: vel pondus: ⁊ quantitas cognoscitur: etiam in modo attestādi est idem: quod supra dictum est. Eorum vero corporū quorum numeratio facilis est: quantitates cognoscuntur per numerum: numerus autem percipi potest tam per visum: quam per tactū. Recte ergo dicit testis: q fuerunt decem aurei: quia vidit: ⁊ si de materia constaret: ⁊ solum de numero dubitaretur recte diceretur etiam si certus esset: q fuerunt decem quia tetigit: ⁊ ista quantitas: que numerus vocatur: est omnibus cognoscibilis.

53 DIrit testis †vidi tradi ꝛ. corbes frumẽti, eũ ꝓbare iudicaui, tũc enim ad mẽsurã se vidisse tradi dño de necessitate inferꝛ, ꝙ mensurari vidit, alius si diꝛerit se vidisse tradi acerũ frumẽtꝫ, qõ erat ꝛ. corbes hoc eniti nõ debet esse traditum ad mensurã, ſz diꝛit acerum traditum tante quantitatis existere: hõt enim visu determinate non percipitur, vt traditum est, idem in similibus.

54 VAs vini †plenũ fuerat totũ cõsumpserat de eius quãtitate quest. est ad mẽsurã vasis recurrẽdũ est, ꝙ sit replẽdo eũ de alio ad mensurã, ꝛ hoc est ab o bus notũ, vel mẽsurãdo quãtitatẽ spatij vacui, ꝛ hac cõsistit i artis peritia. Qui igit alio dictorum modorũ vas viderit mensurari de quãtitate ꝛ cõtinẽtia ipsius recte iudicat.

55 VIcena miliaꝛ passuũ in singulos dies dinumerari Pretor iubet. Qualit aũt hec ꝓbetur distãtia, dubitaꝛ: diꝛi, si vulgi opi. ꝛ fama. inter loca certus milliariũ numerus nuncupaꝛ, illi stãdum nisi ꝓbetur contrarium. Credendũ est enim illud vulgare ꝛ antiquum a certa antiquorum mensuratione sumpsisse exordium. Est autem, qui postulat mensurari illud suis expẽsis mos gerendus est. erit autem hec mensura faciẽda paritẽr, secũdum quod cõmuniter comeatur, seu mensuratur secundum ipsius lõgitudinem, ꝛ hec cum dãdo spatium ad veniendum querimus, sed si super aliqua lõcorum distãtia, vel vicinitate queratur per directum, est faciẽda mensura itinere nõ attento, ꝛ si loci dispositio pꝛ terram ad mensurandum non patiaturꝫ quia forte palustris vel spinosus eraꝛ. per aerem est fienda mensura. vt est cõstitutũ in extravagãti, que monasterium mendicantium constituit intra certum numerum cannarum que mẽsurã fiet chordula per directũ trãducta: est enim possibil; mẽsura cuiuslibet distãtie, ꝓ aspectũ tñ, ſz hoc nõ oibus ſz geometris tãtũ si de hoc determinate loquimur indeterminate vero est cõmuniter cognoscibile.

QUalitas sine subꝛstantia naturaliter esse nõ potest subꝛstãtia aũtem aut corpoꝛea aut icoꝛpoꝛea. Corpoꝛea aũt alia est animata, alia est inanimata. Animata alia est anima rationalis, alia sensitiua, alia vegetatiua, alia inanimata. De qualitatibꝰ ergõ quãrlibet est videndũ. Sz substantia incoꝛporea est Deus, in quo cũ simplex omnino, nulla est qualitas, ꝛ tã summas res

56 ad inuestigandũ Juristarũ nõ spectat intelligentia. † Alie etiã sunt substãtie incoꝛporee ꝛ similiter nõ sunt inuestigationis nostre huiusmodi etiã sunt anime separate, quia de bis quãdoque queꝛitur in foꝛo ciuili, de cuius memoꝛia damnãda tractaꝛ, hoc aũt fit propter ea que gessit in vita. Unde cum qualitas quã habuit in vita diceꝛetur homo propter que dãnatur memoꝛia doctrina sumetur, de hoc etiam queꝛitur, cum de aliquo cõprobando in sanctũ agitur, tunc enim vita ꝛ miracula sunt probanda, vt est sacris canonibus constitutum vitã probare facile est. De

57 miraculis videamus. † Miraculum dicitur quasi admiratione plenum, ꝛ est miraculũ ad cuius effectus mãifestus est. Causa aũt eius omnibus simpliciter est occulta: quia solus Deus scit, vnde que a Deo fiũt ꝓpter causas nobis ignotas, ꝙ vires nostras excedunt. ideo miracula nũncupãtur. Et sancti Doctꝛ tradunt hoc tribus modis contingere. Primo, circa substantiã facti, vꝛ quãdo Deus facit aliqua q̃ue natura nullo modo facere potest. vt quod sol stet vt fuit tẽpoꝛe Josue, vel quod homo habeat corpus glorificatum vt Christus post resurrectionẽ. id qõ in sacramento altaris fide cernimus, ꝛ ista in miraculis summũ gradum obtinent. Secundo, quãdo illud fit quod natura facere põt, non in illo in quo fit sicut resurrectio mortuorum, illuminatio cecoꝝ, ꝛ similia: põt enim natura dare vitã, ſz nõ in mortuo, ꝛ potest prestare visuꝫ, sed nõ tñ in vera cecitate, ꝛ hoc tenet ſz locum in miraculis. Tertio, qñ illud qõ fit natura facere põt, ſz nõ illo ordine, vt qñ aliquis virtute diuina subito liberatur a febre nullis adhibitis remediis, vel cũ non cõsueto ꝓcessu nature panis multiplicat: põt enim homo naturaliter facere panẽ, ſz non illo ordine. Liquet ergo, ꝙ miraculum probari oportet, probando aliquid nature, alias vere, ita ꝙ vires nostre nature excedãt, vel in substãtia eius qõ fit, vel in subiecto eius in quo fit, vel in ordine faciẽdi. Sz si illud potuisset p causas naturales reduci, nõ esse miraculũ, clare ꝓbat, qõ autẽ Deus fecerit illud propter inuocationẽ sancti, probata inuocatione, vel voto ad illum sanctum emissis, quibus probatis recte concluditur illã animã esse beatam: quia tamẽn in istis põt faciliter esse deceptio istud est determinationi ecclesie Romane reseruatũ, cui stãdũ est

58 SUbstantie †animate anima ratiõali qualitates triplices sunt, vt Jurisconsultus super edicto edilium curulium distinguit. Aut enim sunt in anima aut in coꝛpoꝛe, aut i vtroq;. In anima vero qualitas quãdoq; supernaturaliter infunditur vt in sacramento fidei nostre. Sacramentum enim est sacre rei signum. Item sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma, vt sancti doctoꝛes docẽt. In baptismo enim q̃dã qualitas animabus nostris infunditꝛ, hoc est, gratia, per quã Christiani dicũtur, eodẽ modo in ordine sacerdotali, in anima infunditꝛ quedã gratia, que est quedã qualitas i anima, per quã sacerdos dicitur

59 idẽ in simil. Si ergo † queraꝛ an aliquis sit Christian?, ꝛ diꝛerit testis ꝙ sic: qz vidit eum baptizari, satis exprimit. Modꝰ enim ꝛ verba sacramenti huius cõmuniter oibus nota sunt, sed si probaretur, ꝙ ritum Christianoꝝ seruauerit diu in foꝛo nostro oia presumuntur solẽniter acta, ꝛ solẽniter processisse. Idẽ si dubitaꝛ an aliquis sit sacerdos, debet ꝓbari, ꝙ secundũ stylum ecclesie fuerit ordinatus, idẽ in simili. hec autẽ Canonistis relinquenda sunt, ꝛ Theologis, ad quos magis quam ad nos pertinent.

ALie qualitates sunt naturaliter acquisite hominibus, deq bus Arist. facit quatuoꝛ species. Prima vocaꝛ habitus ꝛ dispositio, ex quibus quis dicitur scientifico aliquius scientie, vt grãmaticus, phyticus, vel legista, vel artifex alicuius artificij, vt cerdo faber, ꝛ similes, virtuosus, vel vitiosus, ꝛ iste qualitates si quidẽ de anima faciliter mouerentur dicit dispositio, si dificilit habitus, quia habitus acquiritur ex frequentibus actibus, ꝛ quãdo plus frequentantur, tanto plus, seu maioꝛ fit habitus. Omne enim artificium per exercitiũ suscepit incrementũ, de bis ergo qualitatibus pꝛobãdis videamus.

60 VAristam †esse solũ vna probatione ꝓbare possunt Jurisperiti, quos dicere sufficit sic esse qz eũ examinauerunt. In hoc enim verbo interrogatio ꝛ respõsio includitur ꝛ sic ꝓ sensum causa redditur. Idem si diꝛerit, quia vidit ipsum allegare legem, ꝛ allegationibus respondere vel aliquem actũ facere, qui in alios quam in iuristã nõ caderet. Sic in ceteris speculatiuis scientijs puto idem. Testis autem, qui Jurista non esset cõiectuis aliquibus probabiliter demonstraret, vt quia eũ in habitu aduocatoꝝ vidit incedere, ꝛ eum vidit coꝛã iudice aduocare licet qui diꝛit ignoraret. hec enim tantã presumptionem inducerent, ꝙ ei staretur: nisi in cõtrariũ doceretur per iurisperitos, qui per examinationem ista non esse, sicut esse peritũ dicitur cõprehendunt, ꝛ idẽ in ceteris scietijs, quarto periti secundũ mores ciuitatis vtuntur diuerso habitu a communi. Et si queratur an sit iurista non curatur an magne vel pꝛue sufficientie sit. Si vero determinate queratur, an iurista sit sufficiens ad doctoratum, vel ad aliud simile, tunc testẽ oꝛtet esse eiusdez sufficiẽtie vel maioris quã sit ille de quo queriꝛ: secus si esset minoris, nullus enim potest iudicem certum reddere de eo quod vires intelligentie pꝛius testis excedit.

a CErdonem †a esse, †vel artificẽ alicuius artis mechãice, testificari pt ꝙlibet

61 cũ id opꝰ ꝙ ex artificio illo resultabat ab illi artis artifice, pcessisse oibus notũ est. Si ergo testis diꝛerit certe donẽ esse, qz vidit eũ exercere dictã artẽ satis, ꝓbat, si nõ iterroget vlterius, ſz si adiecerit, qz vidit eũ operari i illa arte, nõ ꝓbat, qz ꝓpare cozũ cerdoni est operari i illa arte nõ tũ est artifex, vt ergo lucida fit ꝓbatio, dicat ꝙ vidit eũ aliq opꝰ facere, ꝙ certũ fit absq illi artis peritia fieri nõ posse ꝛ hoc cũ simpliciter, an fit cerdoꝝ rik. Si vo graꝛ, q̃tũ gradũ pfectiois illa arte gs teneat, vel q̃tuz artificẽ illum, vnus excedat, nõ pt testimoniũ reddi recte, nisi per illos qui sunt in artificio illo periti.

ADDITIO.

a Th. D. CErdonem. Vide Alex. in l. cetera. §. sed ꝛ si quis, in prin. in j. col. ff. de leg.

62 a MErcatoꝛem †a seu negotiatoꝛes esse, nõ est artificium quoniã ex cõmuni vsu dicitur absq singulari doctrina, ꝛ ideo hoc officium appellamus, nisi in hoc alij sint perspicaciores alijs, nõ ergo mercatoꝛ dicitur qui huius rei notitiam habet quia sic omnes mercatoꝛes diceꝛentur, sed banc appellationez, persone ex vsu mercandi adꝺcimus non ex vsu quolibet: non enim qui ꝓpter eminentes necessitates mercat mercatoꝛ dicit, ſz qui cum quadam perpetuitate deputaueritse ad hoc. Idem in ceteris qui in officio magis quam in artificio consistunt, ꝛ vita a legum latoꝛibus ꝛ a nostris predecessoꝛibus est receptum. Testem enim qui hoc deponit, causam oꝛtet reddere concludentem predicta: puta, quia vidit eum tabernam tenere, vel mensam ad hoc, vel quia vidit eum sic contrabere, vt faciunt ꝙ qui mercatoꝛes appellantur.

ADDITIO.

a T. D. CMercatoꝛẽ. Vide Bar. in l. legatis seruis. in ver. tertio ꝙro mercato. ff. de leg. iij. ꝛ ibi vide plene Alex. i apo. mag. q̃ inci. locatoꝛes. ꝛ eũdẽ in d. l. cetera. §. ſz ꝛ si ꝙs. in j. col. ff. de leg. j.

63 Aliquam ex predictis† qualitatibus nõ habere quẽ, probatur eo ipso qđ ẓarium non probatur, sed si cõstet eum semel talẽ fuisse, qualiter probetur ꝙ talis esse desierit, dubitabile est: puto ꝙ si queratur de his, que in officio cõsistunt probari oportet ꝙ deposuit animum exercendi illud, ex eo enim talis dicebatur talis esse, ꝛ durare presumitur, donec de contrario doceatur ꝙ ꝓbabitur, si expresse de eius constiterit voluntate, vel si forte professionẽ facit in qua negotiari nõ licet, vel si tãto tẽpore mercandi cõsuetudinẽ dimiserat ꝙ animum dimisisse verisimiliter probatur, ad quod quinquennium requirit: vt reperitur in notariis Reipublice, ꝛ etiã in domesticis cõstitutum. Sed si de artificiis
64 † mechanicis dubitatur, plus difficultatis habet: quoniã ex habitu, ꝛ peritia illius artificii talis dicit, qui habitus est de difficili mobilis, maxime cum talia artificia sic consistãt, etiã in modicis: vt in scripturis redigi non sit necesse. Sed probabiliter dic, ꝙ si per decenniũ desierit tale artificium exercere, ꝙ artifex esse desinat. Tãto enim tẽpore obliuionẽ lex ꝓsumit, vt statutum de pos
65 sessione perdẽda ¶ De sciẽtiis vero speculatiuis, cum varias ꝛ implicitas habeãt cõclusiones, alia inspectio est. Quid enim si scholaris, in quo nõdum habitus sciẽtie firmus erat, vel habituatus erat habitu multum leui ad exercitium armorum se trãstulit ꝛ a studio ex toto cessauit, ꝓcul dubio ꝑ actus tales, habitus tales dicuntur extincti modico tẽpore, ꝙ tẽpus iudicis arbitrio relinquendũ est, cuiuscunqꝫ tñ fuerit firmissimi habitus per decennii cessationẽ ab actu absentie, extinctio presumetur, vt dictũ est. Ex predictis ergo liquet, qualiter probetur ꝙ talis esse desierit, potest etiam per peritorum examinationem probari.

66 De virtutibus ꝛ vitiis oppositis videam⁹. Est autẽ† virt⁹, vt Arist. ait habitus electiuus in mediocritate cõsistẽs, quo ad nos determinata ratione, ꝛ vt sapiẽs determinabit. Ex eo ꝙ dicit, habit⁹, apparet ꝙ est qualitas anime de qua nũc tractam⁹. Ex eo, qđ dicit, electiuus, differt ab habitu alicuius sciẽtie, vel artis qui nõ est habitus electiuus, sꝫ scientificus: potest enim aliquis aliquid scire, ꝛ nolẽs, ꝛ sic actus scire necesse non eligitur per imperiũ voluntatis, quod nõ est in actibus virtuosis. Ex eo quod dicit, in mediocritate cõsistẽs, differt a vitiis que in extremitatibus assistunt, vt nil largiri, auaritia est: omnia largiri prodigalitas est: ꝛ vtrunqꝫ est vitium: sed tenere mediũ tẽperantia est, ꝛ est virtus: idẽ in simil. Ex eo qđ dicit, quo ad nos: apparet, ꝙ sm diuersas cõditiones personarum diuersificatur mediũ: alia enim est moderata expẽsa in nobili ꝛ diuite, alia in rustico, ꝛ paupere: ꝛ ideo iura hec moderant sꝫ nobilitatẽ nataliũ ꝛ patrimonii quãtitatẽ, ꝛ idẽ de aliis. Ex eo enim qđ dicit, determinata ratione, apparet, ꝙ habitus electiuus debet fieri ad finẽ boni: bonũ enim est debita ratio, ꝛ causa omniũ. Si enim fieret in malũ finẽ non esset virtus, vt dicetur inferius.
67 Ex eo vero† qđ dicit, vt sapiens determinabit, apparet hoc cõmissum arbitrio boni viri hoc est iudicis, qui sapiẽs ꝛ bonus vir apud nos est qđ merito dicitur vt ĩ. ꝓbabitur. Apparet ergo ex predictis, ꝙ cum habitus anime nõ possit probari, nisi ꝑ actus extrinsecos, ꝙ ille virtuosus ꝓbatur, cuius actus tales probant qui apud iudicem ꝛ bonum virũ virtuosi determinantur, ꝛ ecõtra de vitiis est: sed quia hec est gñalis doctrina, studiosos certos non reddit: ideo est ad particularia descendendum.

68 Virtutum alie sunt morales, alie theologice, Primo† moraliũ quatuor sunt ꝓncipales, quas cardinales vulgo appellam⁹, sicut est ostium in cardinibus, ita ꝛ his quatuor oẽs alie reuoluntur, ꝛ sunt he, scilicet prudentia, iustitia, fortitudo, ꝛ temperantia. Huius ratio est, quia ad recte viuẽdum primo requiritur in homine recta ratio per quam inter se syllogizet, ꝛ ꝙ melius est cognoscat, ꝛ hoc pertinet ad prudentiam. Scđo cognitionem boni debet sequi operatio, ꝛ tunc si est ad alterũ, ꝛ ꝑtinet ad iustitiam, que iu[s] suum vnicuiqꝫ. Si vero respicit operationem prout est intra se, tũc prudentia sola nõ sufficit: licet enim quis cognoscat qđ melius est, põt esse aliquis appetitus qui cõtrarietur vt vltra velit, ꝛ vt hic appetitus noxius limitet, est necessaria alia virtus que dicitur tẽperantia. ¶ Quãdoqꝫ est aliquis appetitus, per quẽ ab eo qđ bonum cognoscit, desistit propter timorẽ, vel laborem: ꝛ ad hunc appetitum nostrũ refrenãdum alia virtus necessaria est scilicet fortitudo: ꝛ hec vera sunt, ꝛ legibus probantur de qualibet ergo singulariter videamus.

69 Prudentia est †vt ait Arist. lib. vi. Ethi. habitus cum ratione actiuus circa hominis bona, vel mala Ad quod declarandum sciendum est, ꝙ sapientia, scientia, ꝛ prudentia differunt.
70 ¶ † Est enim sapientia habitus speculatiuus, cõsiderans causas altissimas, ꝛ hec pertinet principaliter ad Theologiam, ꝛ Metaphysicã, que Deum, ꝛ primas causas cõsiderat, ꝛ de principiis omniũ aliarũ scientiarum iudicat, ꝛ etiã de ista ad Iuristas, vnde merito dicit, est enim res sanctissima ista ciuilis sapiẽtia vt Vlpia. ait, ipsa enim causas altissimas cõsiderat: qꝛ est diuinarum, atqꝫ humanarum rerum notitia ꝛ cognitio, iudicat de principiis aliarũ scientiarum, reꝓbat enim principia omnia que fidei catholice repugnãt, ꝛ hac cõsideratione bon⁹ iudex recte sapiẽs dicitur, ꝛ cum ad consiliũ sapiẽtis recurritur, vulgo de iu
71 risperito intelligit. † Scientia autẽ est habitus speculatiuus demõstratiuus ratione vera cõsiderãs causas inferiores ꝛ hec ad sciẽtias naturales spectat, hec quidẽ de vniuersalib⁹, ꝛ necessario se habentibus hoc nomine sciẽtia ꝛ iuri nostro. attribuitur ꝑ principẽ in prima cõstitutione Degestorũ, ꝛ merito: qꝛ etiã causas inferiores cõsiderat, non solũ enim diuinarũ, sed etiã humanarũ est cognitio, sed etiã de vniuersalibus iudicat. Iura enim nõ ad singulares personas, sed generaliter constituũtur, et etiã de necessario se habentibus. Leges enim cõstringunt hominũ vitas, ꝛ eis omnes obedire oportet, maxime qꝛ est inuentio ꝛ donũ Dei: vt ait Demosthenes, ꝛ retulit Martianus, in l. ii. ff. de legi, nec predictis obuiat: qꝛ mutabilia sunt per principis imperium, vel alterius cui attinet: qꝛ etiã que iura naturalia sunt mutabilia sunt diuino imperio, vel alterius, cui Deus cõcesserit vt in miraculis declaratũ est, nec tamẽ per hoc minus dicuntur
72 necessaria se habere. Ars † vero, est habitus ratione nature factiuus, vnde per talẽ habitũ inspicitur opus faciendum, quod transit in materiã exteriorẽ, vt aliquod opus, domus liber, ꝛ similia quorum operũ bonitas nõ cõsistit in faciẽte, sed in opere isto. Quocunqꝫ enim appetitu bono, vel malo artifex opus fecerit, ex hoc bonũ, vel malũ non dicitur, sed ex ipso opere quod tamen etiã iuri per Iurisconsultũ tribuitur, dũ dicit, Ius est ars boni ꝛ equi, ꝛ merito, cũ iura nostra, vt plurimũ actũ extrinsecũ intuẽtur, ꝛ actũ materie intrinsecũ non premiat nec punit. Apparet ergo ꝙ secũdũ diuersas cõsiderationes potest ius nostrũ appellari sapiẽtia, scientia, ꝛ ars cum sit recta ratio stabiliũ, ꝛ recta ratio factibiliũ. Nũc ad prudentiã redeamus, que differt a predictis, quoniã prudẽtia cõsistit circa particularia, ꝛ ea que contingẽter eueniũt, ꝛ eo inter se cõciliare, ꝛ disputare, recta ratione vniuersalia particularibus cõgruentibus applicare: ꝛ hec est
73 vltima diffinitio s. posita: † Est enim prudẽtia habitus: ꝛ sic patet, quod requiruntur frequentati actus. Unde licet constet aliquem esse magnum Iuristã. vel medicũ, nõ tamen sequitur, ergo est prudens iurista, vel medicus. Ad hoc enim requiritur ꝙ per practicã precedentẽ habitũ fecerit ad aptandũ vniuersalia particularibus, ꝛ hoc recta ratione. Si enim sine ratione, sed casualiter bene operetur, vel cũ ratione non recta, quia non in bonũ finẽ, non erit prudentia. Est enim habitus actiuus ꝛ per hoc ostendit quod nõ sit speculatiuus. Speculari enim est circa cogitionẽ vniuersaliũ que necessario se habent, sed conciliari, ꝛ disputare intra se ad cõtingentia pertinẽt. Dicitur enim actiuus: ꝛ differat ab arte que est habitus factiuus. Differũt enim agere ꝛ facere, ꝛ hoc loco, quia facio transit in materiã exteriorem agere secundũ operationẽ manẽte materia, licet Labeo in tit. de verb. signi. verbũ agere, latius assumpserit. Est enim iste habitus circa hominis bona, vel mala, ꝛ sic circa cõtingentia, scilicet circa bona agẽtia, ꝛ cõseruantia, ꝛ diminuẽtia, circa quod actus noster cõsistit, ꝛ circa mala fugienda, ꝛ precauenda necessario vel si euẽtura sunt, minus ledant qui ergo talem habitũ habet pru
74 dens est. † hoc autẽ probare per probationes necessario concludentes, aut impossibile, aut difficile est valde, cõsistit enim act⁹ perfectus talis virtutis ex multis que sunt in anima, ꝛ extra ipsam diffunduntur, ex quibus virtus apparet. Que autem sunt illa, que requirunt in diuersis ꝛ diuersimode tradita sunt, ꝛ per diuersa nomina, sed ego ponã eo ordine, ꝛ his nominibus, que his magis cõgruunt. Dico ergo, quod requiritur primo cognitio, que si quidem est preteritorũ dicitur memoria, si presentium dicitur intelligentia. Secũdo requiritur ipsius cognitionis acquisitio, que quãdoqꝫ ꝓcedit. ex doctrina, que ab alio percipitur ꝛ hec appellatur docilitas. Quandoqꝫ per inuentionẽ experimentalẽ, ꝛ hec appellatur experientia, ꝛ hec quãdoqꝫ fit cũ tarditate, ꝛ appellatur deliberatio quãdoqꝫ fit ex velocitate, ꝛ quasi subito, ꝛ appellatur solertia, id est, facilis, ꝛ prõpta cõiectuatio, ꝛ hoc sepe expeditũ est. Tertio requiritur vsus cognitionis, vt cõtingentia adaptentur recta ratione. Ad hoc, autem requiruntur tria. Primo: vt hec ordinentur ad aliquem bonũ finẽ, ꝛ hoc pertinet ad prouidentiã que respicit futura. Secundo: vt adaptentur circũstãtie negotii, ꝛ hec vocatur circũspectio. per quã prouidetur, ne impedimenta occurrant. Tertio: vt euadamus impedimenta si occurrent, ꝛ hec vocatur cautio, ꝛ in his etiã cadit vel experientia in se, vel docilitas ab alio, ꝛ ex his dicitur homo prouisus, circunspectus ꝛ cautus. Si ergo bene computes, nouem

nouẽ sunt, que requiruntur, memoria, intelligentia, experientia, docilitas deliberatio solertia, prudẽtia, circunspectio ⁊ cautio. Quis sit ergo ille in quo omnia predicta concurrant vniuersa inter des mihi: laudabimus eum. Sunt enim multi in quibus ꝑ dicta imperfecte cõcurrunt. Multi enim sunt in quibus ꝑdicta pfecte cõcurrunt in quibusdã speciebꝰ agẽdorũ ⁊ hec cognoscere scire ⁊ ꝓbare nobis expedit̃ est, ⁊ ideo de his aliqd tãgam.

76 Prudens †prudẽtia pfecte presumit̃ quilibet etiã naturaliter bonũ appetit, cuilibet inest ratio ex eo q̃ homo est, q̃ etiã quedã principia stabilium, ⁊ agendorũ habet, licet nõ perfecte. Ex hoc inest nobis naturaliter, vt consultus peritior ei credatur humiliter, cum scriptum sit ne innitaris prudentie tue. Ideo ad ostendẽdum quo modo scientia, ⁊ prudẽtia iuris cuilibet ineesse presumitur, ꝓPaul. in tit. de bo. poss. dit, scientiam non hanc accipi que viris prudẽtibus sit, sed eam quam quis aut per se habet, aut cõsulendo prudentiores. Prudẽs vero †perfecta prudẽtia ex perfectione que in hominibus cadere potest naturaliter, potest esse in quibuslã speciebus agendorum, ex quo diuerse species agendorum dicũtur ipsius prudentie. Quedam enim prudẽtia est circa regimen subditus, que appellatur prudẽtia singularis, seu particularis. Alia est prudẽtia, qua regit̃ multitudo, hec multiplex est. Aut enim est multitudo coadunata ad totam viam, vt vna domus, seu vna familia, ⁊ ad eius regimen prudentia requiritur, que dicitur economica. Si vero non sit coadunata ad totam familiam, sed ad vniuersalia, vt multitudo ciuitas, vel regnũ, ⁊ hec in principe dicitur prudentia regnatiua, in subditis vero dicitur prudentia politica. Si vero sit multitudo que congregetur ad certũ finem, vt exercitus ad pugnãdum ⁊ similia, tunc dicitur prudentia militaris, de qualibet istarum aliquid videamus.

77 Prudentia †particularis est, cũ ad suũpsi regimẽ quidã prudẽtes inueniuntur qui habent ea que generaliter, supra de prudentia dicta sunt. Et notandum, q̃ quo ad alios prudens quis esse nõ potest, nisi quo ad suũpsius regimen prudẽs
78 fit, sed hoc non cõuertitur. Sunt enim aliqui qui quo ad se boni ⁊ prudentes sunt, aliorum vero negotiorum inexpertes: de illis dicitur sancta rusticitas sibi soli prodest, quod de exemitis, ⁊ aliis viris contemplatiuis, ⁊ a vita actiua separatis dictũ est. Isti a tutela excusantur secundum leges, bi ad prelaturã secundũ canones non promouentur. Oportet ergo Episcopũ ipsum esse prudẽtem nõ solũ literarum peritia, sed secularium negotiorũ dispositione. Vnde in dicẽdis testimonijs multũ credit̃, si sunt vite laudabilis, necnõ fides vacillat. Huiusmodi aũt prudẽtia quã estimo particularẽ in viuendi ⁊ cõseruãdi modo ꝓbatur, ⁊ peum redderetestes rationẽ oportet, vt sequẽtibus clareat.

79 Economica †prudẽtia, id est, dispẽsatiua ad regimẽ familie ptinet, bene eã diligẽtẽ patrẽfam appellam⁹. Hoc nobis pandum bipartite occurrit, s. vel diligẽter, seu prudẽter esse patremfa. simpliciter nulli⁹ singularis actus respectu, vel alicuius actus respectu primũ occurrit, cum de aliquo creando tutore fit̃, vel de etatis venia cõcedẽda. Hoc imperiali cõstitutione docet, qua de eo, cui etatis venia est cõcessa, est cautũ quod, doneis vocatis testibus morum suorum institutã, ꝓbitate, cõmuni testimonio hõestioris vite edoceãt, quid est enim, qõ morum suorum institutã dicit. Apparet p actus extrinsecos prudẽtes esse ꝓbatos. Sed q̃ ex actib⁹ qs nõ efficit virtuosus, vel prudẽs nisi faciat eũ retinere mores, vt in diffinitione virtutis ⁊ prudẽtie docuimus, ideo subdit ꝓbitate, que cõmuni testimonio vite honestioris edoceãt. Ex vita enim ⁊ conuersatione honesta presumimus eũ mores retinere. Econtrario cõtrarium.

Ideo cautum est legibus imputandũ esse contutori, q̃ eũ tutorẽ
80 suspectum nõ fecerit, si eũ male viderit cõuersari. Hec quidẽ mihi precipue inuestigãda sunt, cum Carolus quartus sanctissimus ⁊ nobilissimus Imperator inter alia multa concesserit, vt ego melioꝝ discẽdentes, quos legibus doctores esse contigerit, p vniuersũ Imperiũ etatis venia cõcedere valeam⁹ seruata forma, que legibus reperit̃ inserta. Quod ergo morum institutã sint q̃ honestiori vita inserẽdũ est primo: postea qualiter ꝓbentur mores, licet p loca ⁊ tẽpora varietur tñ hoc intelligendũ est de bonis moribus, verbi gratia. Labeo dixit super edicto de
81 iniurijs. Nõnunquã tñ ducũtur mores ciuitatis, id est populi ipsius ciuitatis: vt sunt mores, qui vim legis obtinẽt, vt giuetudines que pro lege seruãtur. Et ad hãc inducẽdã, loci natura, ⁊ tẽporis cursus requirit̃, vt in materia giuetudinis est receptum. ⁊ de his nõ loquimur in ꝑsenti. Nõnunquã vero dicũtur mores ciuitatis, singulorũ de ciuitate bi q̃ legis vicẽ nõ obtinẽt. ⁊ vitas hominũ non ꝗstringunt, quilibet enim secundum suum placitum, suã familiã regit, sua animalia pascit, suaq̃ predia colit, ⁊ generaliter sue rei quis moderator, ⁊ arbiter est, que vero in predictis a pluribus obseruantur, illi mores ciuitatis dicuntur. Et quod dico a pluribus, secũdum gradum intelligo. Aliter enim disponẽdã esse familiam diuitũ ⁊ magnatũ, aliter mediocrium ⁊ humilium Iurisc̃sultus ostendit, dũ de alimentis pupillo prestandis tractauit, secundum quod ait, morum institutã, id est, solidata, ⁊ firmata, quasi dicat habitum morũ, que est difficilis mobilis probari oportet. Ald hoc autẽ nõ longi temporis cursus requiritur. Est enim hoc in iuuene xx. annorum, de quo cõstitutio loquit̃ impossibile reperiri. Sed hoc facile est colligi ex cõstitutione principis, que de monachis loquit̃. Fit enim, si vitium in puero est gestum vita humana ex natura quodãmodo labi ad delicta, attamen sufficit ad meliorem purgationẽ peccatorum, ⁊ virtutum argumentũ triẽnalis tẽporis testimonium, apparet ergo q̃ ex moribus trium annorũ probatur habitus, ex hoc enim inducitur virtus. Virtus enim est habitus, vt dictum est, ⁊ hoc verũ etiam, si vitiũ precessit, qõ intelligo, nisi magnus habitus vitiosus precesserit. Quid enim si post perfecta etatẽ longo tẽpore vitã gesserit vitiosam? Tunc talem habitum non puto per bonos mores triennũ emendari, sed tunc longioris tẽporis cursus requiritur, vt in decurione, ⁊ curiali volente ad clericatum ascendere, contra senatũ, vita honestiore, ⁊ honesta intelligo, vt
82 ex his, que in primo relicta cõstructione prosequimur. †Ostẽditur hic vnum iuris preceptum, scilicet honeste viuere, quod interpretatum est quo ad se: hec aũtẽ honestas species tẽperãtie est: ⁊ ideo sicut virtutes certe cõsistunt in medio: vtiq̃ secundum qõ vir bonus ⁊ sapiens determinabit: ⁊ hoc ex multis cõprehẽditur, scilicet ex conuersatione cum bonis: vt dictum est: ⁊ hoc secundũ tẽperantiã. Non enim honestũ esset bonum mediocri assidue cum magnatibus ⁊ viris pecellẽtibus cõuersari: nec eorum vestibus vti: nec nimis delicatis: nec sordidis vt fatuus. In medio quodã: vel solus: vel sociatus: mediocriter ti: secundũ suam conditionẽ: ⁊ regionis morẽ incedat: ⁊ quod potibus ⁊ cibis cõgruis in qualitate ⁊ quãtitate: ⁊ cõgruis horis secundum personã conditionẽ vtatur: ⁊ quod sit tẽperatus in lingua: nec luxurie deditus: ⁊ generaliter nulli notabili vitio sit subiectus. In his vero tota secularũ vita ꝗsistit: hec ꝓbabilibus aut bonitatibus probarentur: sed ita manifesta sunt: quod probatione non indigent. Apparet ergo probãdos esse mores respectu ad alios: vite honestatem respectu sui: fine bis hec economica prudẽtia nõ
83 contingit esse probata. †Ald testium dicta qui super bis venit̃: dico: q̃ si testis dixerit aliquem esse prudentem diligẽtemq̃ patremfa. quia per triennium vidit eum diligenter gerere negotia sua ⁊ bene ⁊ honeste viuere: qõ satis sufficienẽ ꝓbat. Nec enim diligentia: ⁊ honesta vita in cõmunem hominũ notitiam cadit: vnde recte ꝓ visum causa deponitur: etiam si actus singulariter non exprimatur: nec bis obstat quod per triennium continuum testis videre non potuit: q̃ etiam si testis expresse dixerit continue se vidisse: debet intelligi de illa cõtinua visione que cadit in socium: vel vicinum: non quod omni momento vidisse exigatur: vt Labeo ait in muliere cui legatur dum cum filio suo communiter erit: ⁊ si testis particulariter interrogatur quos actus eum facere viderit: debet respondere: vt puta quia vidit eum ad modũ diligentis patrisfamilias suam familiam regere: fine predia colere: fructus congruo tempore vendere: ⁊ bis similia. Et si de omnibus actibus emergentibus in dictis nõ expresserit: dicit eorum nõ videtur: ⁊ si diuersi testes dixerint actus ad hoc pertinentes vidisse: singulares nõ erũt: vt in similibus a nostris maioribus est receptum: quanto tempore vero predicta magis declaranturtãto lucidior probatio reãditur. In quibusdã tamen puto: hequem esse prudentem diligentẽq̃ patremfamilias vulgi opinione ꝓbari quem vergere ad inopiã: vel male vti substãtia
84 sua: ⁊ in his similẽ rationẽ habẽtibus. Tũc quibus dico, q̃ si omnia que requiruntur ad economicã prudentiam sunt ꝓbata. Ex aduerso docetur: q̃ vsurarius est: dico si aliquid ex aduerso probet: si quidem secundũ morẽ ciuitatis: in seculari persona, p modico reputatur apud bonum virũ ex hoc ꝓbationem non mitingimator enim pars hominum aliquo defectu tenetur: vt enim ⁊ in corpore modicus defectus nõ facit corpus iudicare morbo-
85 sum: vt si cui dẽs abest: tota nec defectus modic⁹ anime: quo ad nos faciet quẽ non prudentem videri. Si vitiũ est notabile: ⁊ damnosum: vt vsurarius: fur: latro: raptor: falsarius: ⁊ simil. tunc ex his redderetur nõ prudens: nisi ex secta: vel locorũ varietate esset aliter statuẽdũ. Quid enim de Judeo creãdo tutore alteri Judeo: qui in omnibus diligens reperit̃, atq̃ honestus: sed in hoc deficit, q̃ infidelis est: ⁊ Christianus publicus feneratorq̃ licet apud nos grauissima sunt, nõ tñ ad sectãtorũ: nẽpe ex hoc non reprobatur: vt imprudens. Nec eadem lege probari video

tur que tutorem esse permittit. Quid etiam quod volenter refero vt quibusdam ciuitatibus accidit, quasi omnes etiam honestiores publice senerentur, oportebit quippe iudicem qui hunc habet citare tutorem propter duritiem populi, & errorem eorū, & semitas impenitentes neminem reprobare; tamen veniam talibus non concederet. Cum vero tractemus de aliquo prudente, & diligente alicuius certi actus celebrati non propter hominū prudentiam hominem prudentem probamus, cum prudētia sit habitus mentis, qui singulari actu nō limitatur, sed propie tractamus an actus sit prudenter factus, hoc est, in quocunq; prudente & diligēte, & hec lex ostēdit, & pro negotijs vtiliter ceptis actiones concedunt & pro his que diligenter gesta sunt minorē ſō restituunt. Ad hoc autē requiruntur tria scilicet prudētia, & circunspectio & cautio. Prudentia, respectu finis, puta, vt emat rem sibi necessariam. Circūspectio, respectu circunstantiarum, vt puta res que emit, chasmati vel alteri casui verisimiliter non subiaceat, q; nō sit vicinis pestilētibus confinata, vel similibus. Cautio, vt euadantur impedimenta, si forte cōtigerit, vt de euictione sibi promittatur idonea hoc a quocunq; prudēte fieret: & si ex causa hoc redundaret in damnum, nō imprudētie hoc imputaretur sed fato. si quidē vero deficeret fatum diligens nō dicitur prudēs. vt ¶ Ipianus super edicto, de minoribus, ait. Quidam actione negotiorum gestorū agebat, probanit se aliquod negotium vtiliter, & diligenter gessisse, per testes, qui, p ratione ita esse dicunt, quia quilibet prudēs, & diligēs paterfamilias ita fecisset, secundum mores illius ciuitatis, an sufficientē rationē reddiderunt dubitatur: dixi aduertendū quia quedā sunt negotia que quo ad omnes homines illius ciuitatis, se quodāmodo vniformiter habēt, vt l cultura vinee, fundi, olieti, & simi, & si de istis queraf, sufficiens ratio reddit quando talis diligētia in cōmunē omniū hominum notitiā cadit. Quedā sunt negotia, que diformiter valde se habent vt emere vel vēdere pro alio equū, seruū, fundū & similia, & in his predicta ratio nō est sufficiēs ratio. Hec enim diligētia in cōmunē hominum notitiā nō cadit. Habet ergo testis dicere in ratione circūstantias, vt istud negotium apparet factum diligēter, vt puta, q; equus vēditus erat
a senex, vel alium defectum habebat[a], propter quē illum vēdidisset quilibet diligens pater familias vel quod negotia, que gerebat erāt magna & diffusa. Unde quilibet diligēs potius emisset equum causa visitādi negotia, quā cōtinue cōdurisset ad vecturam, & q; equus ille empt⁹ est cōmuni pretio his exēplis cōtenti sumus. Hec predictis obstat quod s. diximus cū de hominis prudentia simpliciter queritur sufficere si testis dicat quod congruo tēpore vidit quē bene & diligenter gerere negotia sua. Cū enim de hominis prudentia queritur simpliciter, & sufficit si simpliciter causam reddit, sicut cum queritur, an iudex ius direrit, que notitia in eū cadit, qui actus exteriores viderit, qui ptinent ad ius reddentē, licet ex his si forsitā aliquis actus iniquus, & si de actu singulari queritur, an ideo ius direrit, nisi omnes ipsius actus & circūstātias q; cognoscat, de eo recte nō testificaretur.

ADDITIO.

a Th. D. C Defectū habebat. Vide Aler. in l. de minore. §. plurimum. in addit que incip. dicit. ff de questionib.

86 Regnaria † prudētia, cōsistit in bene operādo in bonum finē hoc est, in quietē & bonū subditorū, nō in finē sui lucri, vel glorie. Hec quidē requiritur in ꝓncipe hoc est, in quolibet potestatē gerente publice. Hoc in quolibet posito l dignitate ꝓsumitur, nisi cōtrarij probetur, & in ꝓbando nō requiritur persone examinatio, q; circa scientiā per examinationē expedit
87 circa mores secundū canones idoneus ꝓsumitur. Jura vero & ciuilia hāc prudētiā aliqualiter probari exigūt q; ex eo existimaf, q; quis fecit dum in inferiori gradu constiteret, si enim indignꝰ quis esset inferiori gradu, indignior esset superiori, & Pomponius respōdit. Est etiā constitutū, vt gradatim a minoribus ad maiores gradus perueniaf, hec enim videtur esse necessitas. Ad gerendorum honorū nō permixta facultas est, sed ordo certus huic rei adhibitus. Nā neq; prius maiorē magistratū quisquā, nisi prius minorem susceperit gerere potest, vt Calistratus ait, que auctoritas ostēdit eo ipso, q; quis per gradus precedētium dignitatū trāsiret ad maiores, gradatim ad sequentes idoneus ꝓsumatur, nisi cōtrarium doceatur, & hoc nō imunerito, quia secundum Aristo. virum principatus ostendit. In principalibus enim tot occurrunt arduā quorū expeditio oportet omnibus esse manifestā, q; iuste ad fidē adducimur quod est idoneus, nisi ō cōtrario discernatur. Si quis tamen ꝓsumptioni soli stādū nō putaret, putarē sufficere, si p eos qui eis suberāt fama bōa boni regis prebeatur, nec enim in his satis ad fidē iudicē adducunt: hec aūt deipue in quolibet preside requirit vt subditis iustitiaz seruet, bonas leges condendo, & bene iudicando, q; qualiter & b
betur, in tractatu de iustitia dicetur. potest etiā de vno ꝓncipe vnus act⁹ notabilis declarari, q; ex eo solo ad fidē adducimur, q; habeat prudentiā regnatiuā, vt de Salomone legitur libro. Reg. c. iij. in questione de infante dixit, Asserte mihi gladiū.
88 Notandū est q; secundū diuersitatē gradūm in ꝓncipatibus diuersa debet esse prudentia regnatiua. Alia enim requiritur in ꝓncipe ecclesiastico vt in episcopo quē ponit Apostol⁹ vt in sacris canonibus declaratur. Alia requiritur in principalibus, & in alijs & secundū diuersitatē gradūm diuersa notaui. In eo vero, qui nunquam gradū dignitatis tenuit, inspicitur forte si fuerit cōsiliarius, vel decurio, ideo cōstitutū est vt non sunt decuriones ad honores nō promoueanf. Si vero nullo modo dignitatis gradū tenuit p se, vel per aliquē ascendādo qui si impossibile est probari eū habere prudētiā regnatiuā, quomodo enim potest probari habitus prudētie regnatiue l eo, in quo nūquā aliquis actus alius ꝓcessit cū habitus ex actib⁹ generetur, verūtamē tūc esset sola dispositio intuenda, q; ex naturalibus facultatib⁹ ꝓsumitur. Callistratus in tit. de mu. & hon. respōdit. In hac enim prudētia requirit ꝓsona omni turpitudine deputata. Infamis enim de iure, vel de facto ad nullā dignitatē vocaf, vt cōstitutū est. licet hoc prudētie economice nō repugnet. Potest enim infamis tutor esse, vt patet ex edicto prętoris in quo tutor infamis ad postulandum pro suo pupillo admittitur.
89 Nullus enim ex vilissimis negotiatoribus adiectus additoribus que officijs, si de foribus, & ministris, vel ex turpibus lucris laceratus fuit aliquā dignitatē habere potest, vt constitutū est. Si qua de his probarētur, apparet talē carere prudētia regnatiua, & merito sunt enim tales pusillanimes, q; vitium repugnat prudentie regnatiue, in qua magnanimitas, & magnificētia requiritur, vt inferius declarabitur, nec puto in hac prudētia probata tanti tēporis curtum requiri quantum & in economica dictum
90 in dignitate enim facilius homo cognoscitur. Quintus actus excellētes & notabiles qui cum maiori deliberatione fiunt, ideo ex his habitus prudentie facilius generatur, & predicta si simpliciter queratur, an aliquis sit prudens talis prudentia. Sed si particulariter & simpliciter queratur de aliquo actu singulari, facto ab eo qui presidet, an prudenter sit factum dubitatur, & tunc erunt probande circunstantie, vt in economica dictum est, & manifestius in tractatu iustitie declarabitur.

91 Politica siue ciuilis prudētia requiritur in subditis que i boc cōsistit, vt in bonum finem domini operetur. Et get enim ciuis multis, scilicet domino cuius prudētia regatur ejusdē diuersarū conditionū. Nam alij consiliarij regentium, vt ait Pomponius, decuriones dicti sunt, eo quod in numero cē eligebātur consilij publici gratia, & eodem modo alij qui munera subibant. Istorū actus multū appropinquat actib⁹ gentiū, ideo eodē modo eorum puto probare prudētiam, quod dictum est de prudentia regnatiua. Alij sunt negotiatores, & alia ministeria, artificia, & officia exercētes. his sunt omnes actus ad ciuilē vitam ordinandā, vt in l. libro conversationis culpa declaratur. Licet tamē predicta ad finē ciuilis boni multi fiant, tamē homines vtuntur his ad finē proprij boni, scilicet in ꝓpria substantiam, augeāt, & sic secundū vsum pertinet magis ad prudentiam economicam, quod ergo si prudens, & diligens mercator, vel artifex alicuius negotij eo modo probabit de quo in economica aut de hoc vniuersaliter queritur, vt respectu certi actus, & in hoc inspiciendi sunt mores ciuitatis, scilicet hominum eiusdē negotij, & artificij, quod si forte inciderit tantum vnus esset artifex, mores eorum intuendi sunt qui in vicinis ciuitatibus operantur vt est in similibus constitutum.

92 Militaris † prudētia cōsistit in bene operando finē victorie ob quietem
Loquor aūt de militia armata, & hec militia alia terrestris, alia marina, terrestris, alia pedestris, & equestris, & inter hoc alij sunt regētes, alij qui regūtur, & regentes quidā sunt, & presunt toti exercitui, q; continet multos numeros militū, alij ꝓsunt legioni, alij cohorti, alij ale, vt Ulpia, super edicto de infamib⁹ no. & istorū ꝓdictū prudētia, siue multiplicetur, siue respectu certi actus probando occurit, eodēmodo probatur quo dictum est s. de prudentia regnatiua. Alioni vero qui in his exercitati nō sunt prudētia militaris directo probari nō potest, presumptio est tamē q; in militia equestri prevaleāt nobiles, & alij assueti in equis, In militia vero pedestri prevalēt homines robusti corde, & in primis carnifices qui

ces qui in exercitio gladij ꝛ effusione sanguinis sunt experti, ꝛ etiam fabri ꝛ malleatores, qui in actibus percutiēdi operā dant assiduam vt dicit Vegetius de re militari ꝛ etiā Egidius Roma. de ordine eremitarum in libro quem fecit de regi. princip. in vlti. par. sui, vbi de re militari multa pulchra tractauit.

Opposita prudētie sunt diuersarū specierū, secūdum qđ diuersas species prudētie posuimus, que per ordinem prosequamur.
4 addas ad verbum, visus quod illud est generale ad omnem sensum corporis. Nam dicitur in Exodo. Uidi voces, ꝛc. ꝛ audiui, ꝛ per intellectum vidi, ꝛ habetur iij. q. ix. c. testes. et de conse. dist. quarta. c. venisti ad fontem. iuncta glo. in verb. quid videris. ꝛ ff. de rei vxo. ac. l. vnic. § videmus. Per hoc posset defendi dictũ testis volentis probare, quia Titius dixerat iniuriam Martino, interrogatus de causa scientie respondet quia vidit ꝛ inuenitur quod intelligitur quod viderit, scilicet per intellectum corporeum alio sensu corporeo, scilicet auditu. Simile dicit Bart. in l. fin. versi. not. text. qui dicit C. de peric. no. lib. xj. quod si testis interrogatus de causa scientie quomodo scit, dicit quia tetigi cum manibus, licet nõ esset res tangibilis, quod refertur ad sensum congruum illius rei. Alia vide que scripsi in l. testium. C. de testi. sed qualiter probetur librum esse, vel non esse correctum per testes, ꝛ argentum esse purum, vel mistum: vide Bart. in l. si quando. ff. de auro, ꝛ argen. lega. vbi dicit, quod sufficit si dicat se vidisse illud argentum sine mistione. Idem si dicit librũ corruptum: quia vidit. Item ad hoc vt testis recte deponat oportet quod id super quo deponit sit aliquid formatum, quod sensu percipi possit vt not. per Bar. in consi. cij. quod inc. Charissime domine ꝛ cetera. † Sed iuxta hoc quero an sufficiat si re-
5 spondeat reddendo causam sui dicti, quia fui presens, iuuatur enim iuris presumptione quod viderit per sensum corporeum, vt dicitur s. eo. in prima conclusione vbi tangit quod ex vicinitate probantur vita ꝛ mores Titij. domi. Bart. dicit quod sic, vt ff. de autho. tu. l. prima. §. fi. Joan. And. tenet contrarium in c. presentiũ. extra testib. lib. vj. ꝛ hoc dicit Bar. quãdo testificat de se testem fuisse presentem, quod presumatur itellexisse: secus si cũ testibus testificaretur fuisse presentem, quia tunc non sequit ergo fuerunt intelligentes. Adde no. per Bart. in l. furioso. vers. ad hoc respõ. ff. de re iud. an et quando is qui presens est actui ꝑsumatur ibi fuisse ad hoc. Item dicit ibi Bar. quod qñ lex vel homo precipit aliquid fieri aliquo presente debet itelligi eo in-
6 telligente, vt dicit in d. l. j. in fin. ff de autho. tu. † Sed quero pro quo debet interpretari dictum testis ambiguũ: declara plenius per Bar. in l. inter stipulantẽ. §. j. ff. de verbor. oblig. ꝛ per Inn.
7 in c. causam que. extra de rescriptis. † Item not. ꝙ circa depositionẽ valoris rei sufficit ꝙ testis deponat de credulitate, seu opinione. qđ itellige, vt no. Bar. ĩ l. si. C. de ꝑdi. ꝛ alijs rebus na-
8 ui. lib. xj. † Sed qualiter testis debet deponere caute super recognitione rei ꝛ maxime iterrogatus vtrum sit ille, qui sic fecit ꝛ testis dicat recognoscere dicta: interrogatus debet dicere, quibus vidit, ꝛ inspexit factũ eius cũ tali signo, ꝛ cũ tali cicatrice, ꝛ similibus, vt no. Bar. in l. stigmata. C. de fab. lib. xj. super sanitate corporis, ꝛ quacunqꝫ aliqua re suspecta vel vitiosa recte testis reddit causaz de visu, vt no. Bart. in l. vnica. versi. not. ꝙ sicut. C. de medican. vali. lib. xj. Et idẽ dicit ibi, de etate vel de senectute, de quo etiã no. plene in sua repeti. l. de etate. ff. de minor. ꝛ in l. a. C. de
9 cano. frumen. lib. xj. † Sed nunquid verba enunciatiua in dictis ꝛ attestationib9 testiũ probẽt? Dicit Bart. quod non, in quodã suo cõsilio quod est quintũ in ordine. ꝛ ibi qualiter debet poni super adulterio. Sed quid, si ipsi testes dicãt, ꝙ viderunt dictum Martinũ accusatum percutere an probant ipsum esse ciuẽ, cum in accusatione continetur quod ille Martinus erat ciuis: Dic quod nõ, quia eorũ dictũ coartatur per rationẽ, scilicet per visum loco ꝛ tempore in accusatione contentis que ratio non potest trahi nisi ad delictũ, seu percussionẽ, nec potuerũt videre eũ esse ciuẽ, posito quod viderent eũ ibi habitare. l. ciues. C. de incolis. ꝛ ita cõsuluit domi. Ray. de mõte vrbano ꝛ cũ eo videtur te-
10 nere Jac. de Are. in l. si preses. ff. de pen. † Quero, qualiter testis debet deponere super aliqua qualitate animi? Dicit ꝙ debet testificari per actus exteriores, quos vidit vt no Bar. in l. iij. qui in ea causa §. diuus Pius. vers. ex quo nota. ff. de tut. ꝛ cura. da. ab his. Et circa hoc adde no. in l. possessio quoqꝫ. §. qui i aliena. ff de acq. pos. An animus sit iuris, vel facti, varietas significantis, vel significati in dictionibus grãmaticalibus, que in vulgari nõ reperiuntur diuersitatẽ habere nõ cadit in dictis testiũ ꝫ in legibus ꝛ statutis sic, vt no. Bar. in l. si quid eax. ff de lega. ij.
11 ꝛ adde no. in l. si quis filiabus. ff. de test. tut. † Itẽ no. caute qualiter testis dꝫ deponere in his, q̃ cursu tpis mutantur. Nam si dicat quod vidit iam sunt plures anni tales viuere, non sequitur ergo viuũt hodie vt no. Bar. in l. cũ lite mortua. versi. sed cõtra predicta. ff. iud. sol. ad ꝓbandũ negligentiã ꝛ aliã negatiuã vide in cõsi. d. Bar. cij. incip. charissime domine. vbi diffinit negligentiam. qualiter testis dꝫ deponere. Item similiter qualiter quis
12 dꝫ probare diligentiã suam. † Sed qualiter debet probari damnum esse datũ culpa, vel negligentia, et qualiter sit caute articulandum, vide Bar. in cõsi quod incip. cõmune Lucignani. et ibi etiã dicit ꝙ qñ articulus est incertus ꝛ dictũ testis est etiam incertum quod nõ valet testificatio illa. Apparet ergo necesse esse, ꝙ dictũ testis sit certũ, vt ibi videtur dicere ꝙ est notandum.
13 Itẽ no. † ꝙ nemo potest articulare subdisiũctiue, nisi articulet super facto alieno, in quo est probabilis ignorãtia vt no. Innoc.
14 c. ex parte, extra de rescrip. † Item quomodo, ꝛ qualiter probari debet etas maior ꝛ etas minor. Dic sup hoc ꝛ not. Bar. in l. de etate. ff. de minor. ꝛ vide ibi super quibus caute testis interrogatus respõdere non debet, ꝛ qualiter in talibus respõdere debet. Et ibi vide. an sufficiat testem cõprehendere dictum suum per sensum corporeũ, an etiã per sensum intellectus. Sed quid si testis
15 nõ recordetur de tẽpore. Aduerte ꝙ dictũ † testis, si insufficiens ꝛ non concludẽs, ꝛ ideo fiat vnus articulus quomodo ille contractus fuit celebratus inter partes, ꝛ si partes confitebuntur, tunc dictum testis non probantis tempus adiuuabitur ex tali confessione, ꝛ fieret valida probatio, vt not. ꝛ maxime per Bartolum
16 l. j. §. si quis neget. ff. quemad. test. aper. † Sed quid si sunt variata nomina personarũ ex aduentu ꝛ volo probare illum esse illum, etiam eundem hominem, vel alium esse illum, ꝛ eundem fundum, maxime quando mutata sunt nomina confinantium. vide Bar. in l. demonstratio versi. vlt mo quero, pone in q. si. si secundus
17 demon. † Sed quero, qualiter redderetur ratio eorum, que scripta sunt in libro rationum: puta se aliquem tantum expendisse in tali domo, vide Bar. in l. qui sub conditione. ff. condi. ꝛ demonstra. vbi dicit, ꝙ debet sic articulari, Dico me tantum expendisse in tali domo, ꝛ quod tantuz expẽdisset quilibet, bonus vir ꝛ ad probationem pretiorum, vide no. in l. pretia rerũ. ff. ad l.
18 Falci. † Sed quero an si testis non reepiloget, seu repetat locum ꝛ tempus, alias dictum in dicto suo videatur repetijsse, prout erat capitulum: dic, vt no. per Bart. in l. Labeo. de supel. lega.
19 † Sed an possit iudex ex causa non adhibere fidem testi clare probanti. vide nota. per Barto. in l. Lucius. ff. de his qui no-
20 tan. infamia. † Sed qualiter probatur fama. Dic, quod testis dicere debet. Et de predictis est publica vox ꝛ fama: interrogatus quomodo scit, respondit, quia audiuit publice dici, ꝛ non dicat ꝙ publice dicitur, quia non redderet bonam causam, quia non de auditu suo, ꝛ sic de nullo sensu, vt not. Jacob. de Are. in l testium. C de testib. Et y. consuluit de facto, ꝙ fama sit probata dicendo, quod publice dicitur sic per leg. iij que incip. si quis patremfamil. in princip. ff. ad Macedonia. ibi, sed quia publice, ꝛ C. ad Macedonia. l. j. ꝛ ij. de quo per Bartol. latissime in
21 lege, de minore §. tormenta. ff. de questionib. † Sed quero an debeat dari copia articulorum alteri parti petenti. Uide Inn. inc.

in c.per tuas.in prin.extra de testibus vbi dicit quod nō. adde no.Il.si duo patroni.Ş.item Julianus.ff.de iureiur. Sed quero
2 quid de interrogatorijs fiendis testibus,an debeat dari copia alteri parti? Jnn.dicit.q nō,in d.c.per tuas, extra de testi. dicit
3 tamē.si iudex det nō peccat. † Sed quid,si iudex omisit examina re testes super substantialibus. Jdem Jnn.in d.c.p tuas. dicit quod etiā publicato processu,potest pars petere q examinētur.
4 † Sed pone,q testis reddit causam congruā in primo dicto suo, si postea in subdēdo reddat incōgruā an probet. Verbi gratia, dicit testis,dico q vidi Titium possidere Postea interrogatus quanto tempore:respondit.q nr.ann vt sibi videtur. Dic q probat l.quid tamē.Ş.i.ff.de arb ⁊ ibi per Bar.secus si dixisset in p̄mo dicto.mihi videtur qō Titius possederit iam sunt.x. anni.⁊
2 vltra.qr istud non valet.vt ibi. † Sed quero,testis,qui deposuit dictum suum obscurum,declarauit semel dictum suum, an iteruz interrogādus sit. Dic q nō l.ij.Ş.qō obseruari. C. de iur.ca.⁊ p Bart.in l.i.ff.si cert.pe. Sed an testis examinatus super maleficio,seu super inquisitione,non interrogatus de loco ⁊ tempore, an valeat eius dictum.si non interrogatur de loco,⁊ tempore,in inquisitione contentis? Dic quod non quod not.Bar.in l.j.ver sic.not.ergo,quod quando.ff.de aleato.

ADDITIO.

a L.D.C Jurta predictam. Jste sunt additio.ad tract. Bar.supra di.tum de test.

C De reprobatione testium.

b Jrca materiā testiū q dic q Q dam reiciuntur ipso iure. Quidam officio iudicis. Ipso iure vt pupillus ⁊ seruus illa rōne quia testificari non possunt:vt C.de testa l. bac cōsultissima. in prin.ff.de testib.l.testiū.Ş. lege Officio iudicis. dic q quibusdā causis repellatur quis a testimonio.ij.sequūtur. Jn primis si de eo multa mala dicantur:vt in auth.de testib.Ş.sancimus. Secūdo, qr nō est bone opinionis, ⁊ fame. Tertio quia pauper vt d.Ş sancimus.⁊ ş.si vero absunt. in auth.de bered.⁊ falcid. Quarto cum in alijs sit malus:ergo in bocq cū in vno delinquit,omniū factus est reus:⁊ ad Silla l.si quis in grauī.Ş.si quis quē.⁊ c.fratres.de penit.distinc.v. Quinto cū reus fuerit:ergo adhuc presumitur:vt C.ad l. Jul.male l. quisquis,de proba l.fine. Sexto quia nō seruat legē:que tribuit tus petentib⁹:ergo nō debet habere legis auxilīū.⁊c.quia offerre nanus:vt ff.de minorib.l.auxiliuz.⁊ de agric.⁊ cens.l.quoties. Septimo.qr huius rei ignarus est:ergo verberibus est subdendus,vt i auth.de testi.Ş.si vero ignoti. Octauo quia i famis vt ff.de accusl.qui accusare.⁊ de testi.l.testiuz fides. Nono qr amicissimus est vt ff.de testi.l.testium.in princip. Decimo.qui nō habet in bonis centum aureos.ff.de accusl.nonnullis. Undecimo,quia suspicionē habet maximā cum sit violentus. ff.de accusal.alij propter suspicionē. Duodecimo si data vel promissa sit ei pecunia vt C de testib.l.si quis. Decimotertio,quia maluz testimonium in eum tulit vt ff.de testib.l.producti Decimoquarto,quia minor est xvij.annis.ff.de testib.l.testium.Ş.lege.in fin.⁊ hoc in causa ciuili.gl.in verb.sed nec pupillis.l.inuiti.ff.eod.tit. Jn criminalibus autem minor xx.annis.in testimonium in fi. ff eod. Decimoquinto quia ea que dixit non conueniunt nature vt ff.de testib.l.ob carmen. Decimosexto,quia duo,contraria simul dixit.vt C.de fide instrumē.l.scripture. ff de reg.iur.l.vbi repugnantia. Sed in hoc casu,vbi contraria dicunt non sunt admittendi,sed iudex debet verisimilia videre vt d.l.ob carmen.in fi. Decimoseptimo quia nō reddit causam testimonij sui siue dicti.vt ff.de iur.can.l.si pariter.Ş ij.C.de fide instrumen l.fi res. ff.de transac.cum hi.Ş.in causa.extra de testib.c.cū causam. Decimooctauo,si prolixe testimoniū ferat.vt presumatur quod non recoderit bene vt ff.de Carbo.edi.l.ij.Ş.finge. Mam ⁊ alibi de tempore dicit lex,quod non potest omniū teneri memoria vt ff. de proba.l.si arbiter. C qui testam.face.possunt.l.hac consultissima. Decimonono si testes vacillant.ff.de probation.l.in testib. Vigesimo si est inimicus.ff.de testib.l.testiū.in princip. Vigesimo primo si testis vnum et eundem premeditatum sermonē attulerit.ff.de testib.l.ij. Vigesimosecūdo.quia damnatus est publico iudicio ⁊ non fuit restitutus,qui in vinculis,qui custodia publica detinetur,qui cū testibus pugnat.vel se vocauerit ad pugnandum,quidam palam questum faciunt.et quidam ꝓpter reuerentiam.ff.de testi.l.testiū.Ş lege Julia. Vigesimotertio,que dam sunt persone,que non coguntur ferre testimonium inter se, videlicet gener,socer, vitricus,priuignus,sobrinus,sobrina, ex sobrino natus,⁊ omnes qui in proximo gradu sunt, patronus et patrona,vxor patroni,patrone maritus,liberi,et eoꝝ filij, sponsus etiam generi appellatione continetur.ff.de testib.l.lege Julia.cum l.seq. Quid.in fin.liter sunt,qui inuiti non vocantur ad testimonium dicēdum,vt valetudinarij vel milites,vel qui cum magistratibus causa reipu.absunt ⁊ illi,quibus venire non licet qui omnes notantur in l.inuiti.ff.eo. Et quidam sunt alij.vt publicani. Jtem bi,qui non detrectandi testimonij causa abierint. Jtem bi,qui exercitui prebendam cōduxerunt ⁊ pupilli.ff.de testi.l.inuiti. Vigesimoquarto,quibus imperari potest,⁊ qui sunt, no.de testi l.idonei. Vigesim. quinto,q est seruus, in casu tamē ei creditur.ff.de testi.l.seruus. Vigesimosexto, qui sunt domestici,vt C.de testi.l.etiā. Vigesimoseptimo, pater ⁊ filius nec volentes,nec inuiti inter se possunt ferre testimonium.vt C.de testib.l.si parentes ⁊ liberi.⁊ ff.eo.l.testiuz.⁊ extra eod.ti.super eo. ij.iuncta glo.i.preter quam in duobus casibus.qui ibi dicuntur, videlicet in causa grauitatis cause.⁊ matrimonij. Et super ista materia distingue,quo aut parentes testificatur super etate filij.in causa inter eos cōmuni,⁊ possunt. Vigesimooctauo, qui in re propria testificat.vt C.de testi.l.ocōs.ff.e.l.nullus. Vigesimonono,qui est adulterij crimine dānatus,vt ff.de test.l.scio quidē. Tricesimo,qui est crimine repetūdarū damnatus, etiam hermaphroditus in quo sexus femineus magis incalescat vt ff.de testi.l.repetundarum Tricesimoprimo,qui falsa, vel varia vel qui eorum dicta partibus referunt.non solum istis nō credatur, sed puniūtur.vt ff.de testi.l.qui falso. Tricesimosecundo qui ob crimen famosum damnatus est, nec testis esse potest, nec testimonium dicere vt ff.de testib.l.ob carmen. Tricesimotertio,q vindicaturus est super alia re,vel qui vouit. Jtem patroni causax, ⁊ executores vt ff.de testi.l.ob carmē.Ş.illud.⁊ l. fin. Tricesimoquarto,dicto vnius testis C.de testi.l.iurisiurandi.in fi. Tricesimoquinto,qui ab exercitu ignominie cā remittitur vt ff. de infa.l.q ait. Tricesimosexto,qui artis ludicre cā in scenā p̄dierit. vt ff.de infa.l.athletas. Tricesimoseptimo,qui lenocinium fecerit,vt ff.de infa.l.athletas.Ş.j. Tricesimooctauo qui preuaricationis causa damnatus est,vt ff.e.l.j. Tricesimonono,qui vsuras vsurarū exercuit,⁊ interim fenus exercuit.C.e.l q improbus C.de infa.l.improbū. Quadragesimo,qui furti,vi bono.rapto.iniuriarum de dolo malo damnatus est,vel pactus,vt ff. de infa.l. j.C.de infa.l.ij.⁊ l.non damnatos. Quadragesimoprimo qui eā vxorem durit.que virum intra tempus lugere noluit.C. de ifa. l.decreto.quamuis hodie casus iste non procedat de iure cano. Quadragesimosecundo, qui bina sponsalia eodem tempore vel binas nuptias suo nomine exercuit.vt ff.eo.l.j.in fi. Quadragesimotertio,qui passus est eum filium, quē habebat in potestate, eam ducere que nubit intra tempus luctus. vt ff. de infami. l.j. Quadragesimoquarto, qui conuictus fuerit hereditatē expilasse.C.ex quib.caus.ifa.irrog.l.si te expilasse. Quadragesimoquinto,qui in testamento patris increpatus est. C.illo tit.l.ea que. Quadragesimosexto,qui per pretorem fuerit fustibus cesus. C. eo.l.fustibus. Quadragesimoseptimo, qui improbus et detestabilis appellatur.C.eod.l.verbū precib⁹. Quadragesimooctauo, qui separatur a sacrosancta ecclesia. C. de ber. et Mam. l. qui. Quadragesimonono,qui pupillā,vel adultam filio copulauerit. C de interd.mat.l.j. Quinquagesimoprimo qhereticoꝝ vocabulo cōtinet,vt in auth.Bazaros.C.de heretic. Quinquagesimosecūdo,q depositi tutele,p̄tocio,mandati noie suo damnati fuerint. ff. de infa.l.j. Quinquagesimotertio qui incestas nuptias contraxerit,vt ff.eo.l.quid ergo Ş.cum autem. Quinquagesimoquarto,qui deserto sacramento venit ad secunda vota, vt i auth. eisdem.C.de sec.nup. Quinquagesimoquinto,mulier que nupsit in virum,⁊ quando vir nupsit in mulierē.ff.ad leg. Jul.de adulterijs.l.cum vir. Quinquagesimosexto, qui falsam monetam cudunt,et qui adulterinam monetam scienter expendunt. qui falsum testimonium dicunt, vt ff.de testib.l. producti testis. Quinquagesimoseptimo,qui prohibetur sua bona administrare, mutus,surdus,furiosus,mente captus prodigus reprobantur, qui periturus est quocunque modo,repellitur,etia si non sit infamis, quia semper presumitur delerare.vt ff.de accu.l.si cui.Ş. eisdem. ⁊ ff.de senato.l.Cassius.et generaliter omnes qui reprehendibiles,⁊ notate opinionis ⁊ obscure fame cēsentur,non sunt in numero testium. Quinquagesimooctauo, si testes iurauerūt absente parte,contra quā,pducuntur,ext.de testi.cū nomine dñi. C. e.l.si qs. Quinquagesimonono,si testes soleniter nō iurauerint. xxv.q.vj.de parētelailla.j.extra de test.c.nup nobis.C.de test. l.iurisiurādi.Sexagesimo,si pars testificata didicerit ante apertionem.extra.de testibus.c.g̃stitutus.in auth.de testi.Ş. qa vero multi. Sexagesimoprimo si obscure deposuit, et non declarauit extra.de testi.c.cum clamor ⁊ de testi.eo.lib.c. preterea. ff.de v. ob.l.in conuentionalibus. Sexagesimosecundo,si nō fuit lis cōtest.non valuit testificatio nec testes sunt recipiendi.nisi in casibus.vt lite non cōtest.c.quoniam frequenter.et ad hoc alias in auf.de testi.Ş.⁊ hoc vero,quia. Sexagesimotertio si fuerint data capitula,⁊ testes nō deposuerūt super illis malitia vel negli

gentia iudicis,extra de testi.c.per tuas.C.eod.l.j.iuncta gloss.in verb.soli.Seragesimoquarto,si est consanguineus aduerarij.ij. q.v.c.consanguinei.ꝛ c. accusatis. Seragesimoquinto , qui dixit testimonium contra te in causa criminali.vj. questio,j.c.q nicunque.xx.questio.v.c.si quis conuictus,ꝛ c.paruuli. Seragesimosexto,qui confiteretur de suo crimine tangens principale,nō valet sed debet de suo crimine puniri.extra. de confes.c.cum super. Seragesimoseptimo si est particeps eius cause.ff.de testi.l. nullus idoneus.Seragesimooctauo,non creditur matri asserenti se pregnantē,ad hoc vt mittatur in possessionem bonorum defuncti per edictum de ventre in possessio.mit.ff.de ven.in possessio.mitten.l.j.ꝛ de acqui.hereditā.l.quidam.

ADDITIO.

a Tho. D. C Circa materiam testium. Adde quod hic tractatus non est Bartoli sed do. Jacob. de but.ꝛ incipit in ℞ bristi nomine amen.in c.tractatus quidam super materia testium, compositus per dom. Jacob.de butr.ꝛ circa materiam testium dic,quod quidam reꝛciuntur, ꝛc.

C Quibus potius credatur.

Dictum est supra quibus modis testes reꝛciuntur,nūc dicendum est quibus potius credat.℞ t dicendū est,quod illis potius fides adhibetur q̄ sunt in dignitate posti:ꝛ quanto magis in maioribus tanto magis creditur,ꝛ Imperatori magis quam presidi,ꝛ sic de ceteris.C. de testi.l.testium.§.que argumenta,q; fides testis ex eius dignitate approbatur in auth.de testi.§.sancimus. Item magis nobili,quam plebeio,magis honesto quam inhoneſto,magis diuiti quam pauperi,vt ff.de test.l.testium.in princ. Itē magis creditur illis,qui dicunt quod nature negotij conuenit,quā aliis. ff.de testi.l.ob carmen.

C De numero testium.

Dictum est supra quibus potius credatur, nunc de testiū numero.℞ t videndū est q̄ vbicūq; certꝰ numerus testiū nō adijcit tūc duo sufficiāt. q; pluralis locutio duoꝝ numero cōtēta esse dꝫ.ff.de testi.l.vbi numerꝰ. In quibusdā casibꝰ tres aīs quinq; testes requiruntur,vt i mutāda volūtate q̄ p decēniū stetit.C.de testamē.l.sancimꝰ. Itē in ipsorum facieda,vel priuata scriptura.C.qui po.in pig.bab.l.scripturas. Itē i inuētario faciēdo,in auth.de her.ꝛ fal.§. hinc nobis. Itē in ꝓparatione literarū faciēdā.C.de fideiustr.l. ꝓparationes. Itē icaute deponēdo.i.in priuata scriptura depositarij.qui confitetur apud se depositum in auth.de instr.caut.ꝛ fid.§.fi quis igitur ꝛ §.sed ꝛ si quis. Item in instrumento,in quo mulier cōfitetur se per fideiussorem aliquid accepisse.C.ad Velle.l. antiq. Item in quibusdam casibus quatuor requiruntur ab eis, vt in predictis exemplis apparet. In quibusdam quinque vt in codicillis faciendis.C.de codicil.fin.in fi. Item in contractu excedente libram auri celebrato in ciuitate,C.si cer.pet.auth. sed nouo iure Item in libertate per epistolam vel inter amicos data, vel instrumento manumissionis reddendo.C.de latī.lib. tol.l.vnica.§.sed ꝛ si quis inter. Item in confessione creditoris dicentis sibi solutum esse.C.de testib.l.testium. Item in testamentis, in villis celebratis.C. de testa.l.fi.veri.finautem in illo. Itē in testamentis tantum inter liberos conditis,vbi qualitercunq; cōfectum valeat.C.de testa.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.ꝛ C.famil.ercī.l.fi. Quandoque septem,vt ff.de diuort.l.nullus dubitatum. Item in accusatione subdiaconi,acolythi, exorciste lectoris, ostiarij Romane ecclesie, vt in decre.ij.q. v.can. presul. Item in testamentis in scriptis,vel sine scriptis. Insti.de testa. §.fin.C.qui testa.face.pos.l.hac consultissima. Quandoque octo, vt in testamento cecī in quo non fuit notarius. C. qui test face. pos. l. hac consultissima.§.sed quia tabulariorum. Quandoque vndecim vt in accusatione eius, qui militarē annonam defraudauit.C.de eroga.mili.anno.l.iubemus per hanc.lib.xij. Quandoque xv. vt in subrogatione prepositi sacrorum scriniorum. C. de priv sacr.scrin.vnicum que. Quandoque xxvij. vt in accusatione diaconi Cardinalis. Quandoque requiruntur lxij. vt in accusatione presbyteri Cardinalis. Quādoque requiruntur lxxij. vt in accusatione episcopi Cardinalis. Sed testes ꝛ accusatores sine aliqua sunt infamia. vt in decr.ij.q.v.can.presul.

C In quibus casibus debent rogari.

Dictum est supra vbi certus numerus requiritur,nunc in quibus casibus rogari debent. Sic breuiter in omnibus casibus,in quibus incertus numerus requiritur ibi rogari,excepto in codicillis,in quibus nō est necesse,vt rogatio fiat.C.de codi l.fi.§.vlt.in aliis debent rogari.C.de testi.l.testium.ꝛ in auth.rogati.vt in testamentis.

C De interrogationibus testium.

Vidimus supra de numero testium, ꝛ in quibus possint rogari nunc videamus qualiter debeant interrogari. Sic,quod interrogandi sunt de presentia,et vnā interfuerunt ipsi testes maleficio perpetrato, vel aliꝰ cōtractui necne. Item,de visu,auditu,loco,ꝛ tpe,de nocte, vel die. tpe nubuloso,vel claro,de mense,die,et anno. Item qui,et quot interfuerunt contractui. Itē si cōtrahentes erāt stātes,et ledentes si cōtrarerunt. Itē si ꝓposuerūt,ꝛ si cognouerūt signa, si presbus patrocinium huic cause si est amicus vel inimicus,cognatus vel affinis.si fuit mediator,vel cognouit eū,vtra quē producit. Itē si fuit rogatus,vel trāsiens hoc vidit. Itē,si impubes, vel seruus, decurio,vel plebeius,libertus,aut ingenuus. Si ad dicendū testimonium pecuniam acceperit. Si damnum,vel emolumentum ad eum spectat. Item,si simul viderunt,ꝛ interfuerunt cōtractui. Item, si fuerunt instructi,vel rogati vt taliter dicerent. Item, de credulitate,ꝛ scientia,ꝛ similibus circunstantijs extra de testib.&cum causam.ij.q.j.in princ.c.in primis.extra de testib.. licet.ij.q.ix.in c.nihilominus.ꝛ c.puras,ꝛ simpler,

C Quedam formę circa testes,de officio iudicis circa qualē questiones ad ipsos pertinentes.

Et in primis testes presente altera ꝓte duci debet,vt iurēt.vt extra de testi.c. in noie dñi. Item licet si iurent altera ꝓte citata,tū sit abiens per contumaciam extra eo.c.j.ꝛ C.de testib.l.si. §.sed cum minime.† Et debēt iurare preleatibus partibꝰ, q̄ dicēt veritatē,p vtraq; parte nec p̄ce,vel dolo,ꝛ odio vel amore negabūt veritatē, vel addent falsitatē. C.de testi.l.iurisiurādi.xxxv.q.vj. de parentib. Itē testes sunt alēdi exp̄ēsis ꝓducētis.ij.q.j.c.vicī. C.de testi. l.qm̄ liberti. Item, si testificata dicitisti non poteris de cetero testes producere super eisdem articulis.extra de fide instr.cū Joannes.extra de testib.c.causam que vertitur. et c.fraternitatis.in auth.de testib.§.quia vero multi. Item,si testes ꝓduxisti,non habebis quartam productionem nisi cum solēnitate legali quam habes.extra de testi.c.fi.ꝛ c.licet.in auth.de testi. qz vero multi.ꝛ dz iurare q̄ nullo modo dicit testificata.ꝛ q̄ malitiose non facit.ꝛ q̄ eos primo habere non potuit, vt ibidem dicitur.† Item q̄ vna debet esse dilatio de iure communi,nisi quam debent dari tres productiones, extra de testi.in causa. ꝛ c.significasti.ꝛ C.de dila.l.j.tū de consuetudine generali nisi dilationes tres,ꝛ quarta cum solennitate.que est optima lex interpres extra de verbo.significatio.habere. extra de constitu. cum dilectus.ff.de legi.l.si de interpretatione. Itez quero quid si testis obscure dixit. vtruz possit illud declarare? Dic quod ff.de pręto.stipu.l.in pretorijs.ff.de iudic.l. si quis intentus. C.de legi.l.imperialis.extra de testib.c.cum clamor. Item testis synodalis.si errat potest se corrigere incōtinenti extra de testib. cog.c. preterea. Item queritur nunquid iudex possit publicare ꝛ nem si cognouerit testes male deposuisse, possit iterū examinare.ꝛ punire.si opus fuerit.ij.q. ix.c.nihilominus.ꝛ quo stio.repeti.extra de testib.c.cum clamor ꝛ c.presentia. Cod testib.l.fin .ꝛ sic primo ad aliud duces ipsos testes extra de testibus cap.causam.ꝛ c.veniens.ꝛ c.presentia.ꝛ † Item queritur vtrum iudex ex officio suo possit,ꝛ debeat compellere testes venire,ꝛ deponere. Dic q̄ sic.C.de testibus.l.si quando.nec vna xv.dies ipsos detinere debet iudicio.vt d.l. si quando.sed exhib.l.ij.§.exhibere.extra de vsuris.c.tuas,ꝛ c.dudum. tamen secundum Canonistas,hoc non procedit in criminalibus.extra de testi cog.c.dilectorū.ij.q ij.c.si testes.§.qui intēdit nec si agit criminaliter,poterit literas habere quod testes cōpellant in criminalibus.extra de testi.cog c.peruenit. Item no.q ex natam multitudinem testium non debet pati iudex produci. de testi.l.j.§.quāquam.extra de testib.c.significauit.ꝛ nota.ꝛ contra de testi c.cum causam.† Item quero vtrum lite cōte, possit duci testes? Dic,q̄ non.extra,vt lite non conte.c.quoniam frequenter,ꝛ c.ad hec Deus.ꝛ d.§.ꝛ hoc vero quia.§.fi vero. C† Itē quero,vtrum testes debent reddere causas dicti sui? Dic,q̄ fi. sint interrogati. C.de testib.l.j.ꝛ l. solam.ꝛ vj.q.ij.cap. Joan. Si autem nō fuerint interrogati , valet eius testimonium extra de sent.ꝛ re iudic.c.sicut nobis. C† Item quero,quando malier testis

testis esse possit. Dic secundū leges in omni causa testis esse potest,exceptis testamētis. Inst.de testi.§.testes,xv.q.iij.c.decernunt. Sed secūdum canones in cāusis criminalibus non potest esse testis extra de verb.sig.c.forus xxiij.q.v.c.mulierem iuncta glo.in verb.nec testis. In ciuilibus sic, maxime in matrimonio, extra de testi.c.cum literis,&c.quoniam aliqua. Item scire debes quod postquā renuntiasti productioni testium, debes protestari vt tibi salue sint exceptiones oppōnende tam contra dicta testium,quā contra ipsos testes,dicēdo,q̄ intendas aliquas exceptiones opponere,& si talē protestationē nō feceris,nō poteris post aperturam dictoꝝ testium aliquid contra ipsos,nec ipsorū dicta opponere,nisi de nouo venisset exceptio in notitia. Et si diceret actor. Imo mei sunt primo recipiēdi,quia habeo onus probationis,& priuilegiū,qui prior appellat.prior agat.ff.de iudic.qui prior.& de probationibus.l.ei, qui extra.de ordi.cogn. cum dilectus. Respōdeat aduocatus,Imo mei sunt primo recipiendi. C. de inoffic.testam.l.liberi.in fi. de proba.l.circa eum. de feriis.l.ferie.de reg.iuris.non debet. Sed totum hoc habet iudex terminare ex suo officio,vt videat si actor dicatur, vt nō producat,vel vt impediat, vel si vere vult producere. Ad hoc ff. de rei vend.l.in fundo.in fi.& videat si periculum est in mora. Vbi nō potest seruari regula de rigore iuris.ff.de offi procon.l.aliquando,& simil. ¶ Item queritur,vtrum teneatur producens dicere super quo capitulo vult testes producere,& hec in scriptis facere redigi. Videtur quod sic,quia si vult probare inutile,nō est audiendus C.de proba.l.ad probationem.ij. Item debet hoc dicere,& predicere, vt sciatur vtrum velit quid tale probare quod sit admittendum,quia non omnia debent probari.ff. de pet her. l.si quis libertate. vltra medium. C. qui legitimam personam.l. momentanee.potest respondere aduersarius tibi non dico quia tibi non probo,sed iudici probo,& fidē facio,& ei dicam, si debeo dicere.ff.de proba.l.quinquaginta.C.de cōdi.ob turpem cau.l.ij. hic qui petit.sic respondet,si debes dicere,iudex dicet mihi,quia in iudicio nihil occultum,nihil coopertum esse debet. Preterea iudex nesciret, vtrum esset vtile, vel inutile, & merita negotiorum,&c.Cā per vim,vel alio modo.l.fina.¶ Vel vltimo dic quod debet hoc dicere coram iudice audiente parte aduersa,vt possit contradicere, si habet causam cōtradicendi. Item videtur, q̄ id super quo testes producuntur,debeat in scriptis redigi,quia producens poterat secunda,& tertia die dicere hoc non dixisse,& sic dabitur materia negandi verum, & probandi falsum.vt ff.de edendi.i.§.editiones.& ibi plene not.& respondeat aduersarius, sufficit.quod ego verbo tenus dico,& sic nō teneor facere scribi, vt ff.de edēdi.§.edere. Iudex ex officio suo faciet scribi per personam publicam ne veritas possit deperire. ff.de testib.l.curēt. C.de fide instrum.l.plures.& hec locum habent in omnibus que dicuntur a partibus in iudicio,extra de probat.c. quoniam contra falsam ff.de probat.l.quoties.interrogationes dentur ergo in scriptis.& in actis probandi,& iudex,causam videat diligenter,& quod est illegitimum dimittat, deinde det dilationem ad producendum seruata doctrina.C. de dilatio.l.j. Item quero, vtrum quis cogatur dicere numerum,& nomina testium. Dic, quod nomina testium quis nō tenetur dicere absolute nisi esset consuetudo loci vel nisi appareret quod fraudulenter quis subticeret,& super eis instrueretur aduocatus vtriusq̄ partis ff.de excep.l.nō ex omnibus.C.de postul.l.penul.finita dilatione venient testes,& ille contra quem producūtur,cognoscet eos,quia testes debent eos cognoscere, contra quos producuntur, C.de iure delib.l.fin.§.j.& ibi not.

1 7 8 9

Qualiter exceptiones opponantur testi,& quid in ipsis exceptionibus fieri debet.

DIc,quod si testes producunt contra te,& eis potes obȳcere aliquam exceptionem illarū exceptionum,propter quas testes submouētur, vt qui seruus, vel inimicus,&c.obȳcies dicendo, dico talem testem cōtra me introductum testem esse non posse,propter talem causam,& sic non est admittēdus, vt ff.de testib.l.i.§.adhiberi.habebit respōdere pars,imo admittendi sunt. ¶ Et vtrum causa illa vera sit,disputationi seruabitur.vtrum sint admittendi necne:respōdeat aduocatus partis, contra quam producuntur testes,istī testes nō debent recipi super cōditione, quia actus ille legitimus est. C.de sentē.que fine cer.quantit.l.penulti.ff.de reg.iur.l.actus. Ad hoc respō.si constat.quod non potest esse testis,nō debet recipi,vt d.l.j.ff. de testibus.& quia superfluis exceptionibus,& superfluo iuramenti vult facere fidem, quod non potest esse testis, recipienda est

1 probatio ff.ad exhib.l.iij.§.ibidem.ff.ad Treb.l.ille,a quo.§.si de testamēto.& ibi no.extra de testi.c.veniēs.ij.extra de testi.spol.

2 c.literas.vltra mediū. ¶ Recepta probatione si iudex pronūciabit recipiēdos testes esse,appellet ille,cōtra quē testes pducuntur.ff.qui satisda cog.arbitro.arg.contra quoꝝ appel. non re ante sententie. Si vero pronuncietur non esse recipiēdos, appelllet ille qui pduxit.si vult de iure canonico,de ista appellatione cognoscit,& cessabit interim causa p̄incipalis iure ecclesiastico,& si incontinenti nō vult eos reprobare, recipiātur seruato in tēpore disputationis quicquid & inquātū debet eis credi, vt C.de testib.auth.si testis produc.tus.ff.de tut.l.mutū §.j. Tū vero cōstet testes recipiendos,dicat ille,contra quē producti sunt volo facere libellū,& interrogationē meā cōtra testes,quos vis producere:quod vsu magis est approbatum,quam lege cautum.

3 ¶ Quid si testes dubitant,vel vacillant: Non valet eorū testimonium extra de appel.c.solicitudinē,quia quasi cōtra ius est,& dubitare,& vacillare,idem significant. C.de acqui.possess.l.nemo.

4 ¶ Quid si testis dicat nescire diē,vel horam,vtrū ipsius testimonium valeat: Dic quod sic.ff.de accu.l.libellorū,nisi negotiū esset tale,in quo requireretur sciētia diēi,vel hore.ff.quod vi aut clam,l.aut qui aliter.§.j.dicitur,quod si denūtiatum fuit nouum opus quod debet poni in instrumento denūtiationis dies & hora diei,vt C.de contrab.& commit.stip.l.penul.& etiam in casu in quo qui prior est,potior esset.vel vbi,& de quo posteriores derogant prioribus.ff.de legib.sed,& posteriores ff.loca.& condu.l.in

5 operis.ff.de pig.l.fi.fundus. ¶ Quero,vtrū debeat dari copia interrogatoriorum parti, contra quam producitur, cum in secretum sit dandum iudici, quia si pars sciret, testem instrueret: Respon.si tales interrogationes cōtinēt questiones ad destructionē testis secretū sit omnino,vt dictū est. Si vero questiones ad probandū intentionē.vel exceptionē illius cōtra quē producitur,& tūc dāda est copia ad hoc,vt leuetur equalitas. Et istud interrogatorū,de quo supra est facta mētio fiet.si cōsuetudo est loci,vel fori quod post aperturā interrogātur ad postulationem illius,cōtra quē producuntur,satis est quod fiat tunc interrogatorū,post apertura.si nō est cōsuetudo loci oportet quod fiat an

6 te. ¶ Queritur,quid si testis dicat aliquod verbū ambiguū,vel obscurū ad postulationem alicuius: Dico quod tale verbū ambiguū interpretabitur per iudicē,vel per testē ex suo officio.ff.de reg.iur.l.i.ambiguis.& l. Heraclius. & ff.de testa.ff. qui testa.face. posl.l.beredes.§.j. Si vero nō dixit verbū ambiguū:sed dixit aliquid,super quo ille cōtra quē producitur, non potuit esse instruc

7 tus dico adhuc ipsum testē esse interrogandū. ¶ Quid si iurauit,& adhuc nō est datus libellus, Respō.dabit postea,& differetur scribi dictū testis quousq̄ fit factus libellus.Sed quātū expectabit testis: Respō.forte per quindeciz dies.C.de test.l.si quādo.Sed cuius expēsis interim: Dic producētis, C.de test.l. quoniā.de appel.l.eos. Vel dic,q̄ si quid est quod ei imputetur qui debet ferre libellū,ipse interim faciet expensas,& desidie pena luat.C.depo.l.fi.in fi.Quid si erat testabilis eo tēpore quo iurauit,& intestabilis eo tempore quo scribitur: Dic spectari tempus iuramenti.C.de test.l.testium.in prin. Vel dic tempus quo scribitur.ff.de testa.milit.l.antepen.vel distingue cuius dolo:vel culpa fuerit dilatum tempus.ff.de mino.l.intra vtile.j.respon.ff.de excusa.tuto.l.sed & reprobari.& C.ad leg.Jul.ambi.l.

8 vnica ¶ Item quero,vtrum dicta testiuz debeant aperiri absente parte,maxime parte, contra quam testes producuntur: Dic q̄ non,nisi absens esset per contumaciaz. ff.ad leg.Jul.de adulte.l.si postulauerit.§.questioni interesse.ad hoc.vt predicta pars possit protestari contra personas,& dicta testiuz, vt extra de testi.c.presentium.Quid si nō reperiūtur interrogati de omnibus interrogationibus factis,& approbatis. Respon.interrogentur,vel iudex,vel tabellio,qui pretermisit,resarciet. ff.de iudic.l.non quicquid. §. iudex si quid. Quid si pars requisiuit testes intra tempus vt testificarentur,& ideo forte succubuit,q̄ non testificati fuerunt. Dic q̄ imputabitur volenti eos producere.si nō fecit eos dicere,cū per ipsuz remāsit quin faceret eos cogi.ff.de tab.exhi.l.locū.§.hoc interdictū.& hoc siue causa ciuilis, siue criminalis sit.C.de test.l.si q̄n.ff.eo.ti.l.j.§.adhiberi.Quod verū est,si non fuit petitū a iudice,sed si petitū fuit,& ipse iudex recusauit.tūc iudex resarciet dānū.ff.de mag.cōue.l.i.ff.de dam. infe.l.iij.§.pe. Sed nūquid testis,qui noluit iurare tenebit. Dico q̄ sic q̄ testificari,publicū munus est,vt ff.quemad.test.aper. l.cū ab.& l.fi.§s ex.ideo debet dānū resarcire.ff.de admi.tu.l.qui

9 dā.in fi.& l.tutor.C.de excu.tut.l.quanquam in tutela. ¶ Quero,quid si testes sunt producti & publicati,& eorū dicta sunt admissa: sic distingue. Si quidem apud iudicem sunt admissa vel apud publicam personam vel aliter, ipse resarciet damnum,& grauiter punietur.C.de appella.l.ne causa. que.& de testib l.si quando. Si apud illum,contra quem sunt producti iterum pro-

ducantur,ne possit obijcere propter vicinũ suum,vt quia semel sunt producti,ꝛ ad hoc ff.si quis omi.cau.test.l.quia autẽ.§.non simpliciter.Si autem apud illum qui produxit, videtur, ꝙ imputet sibi,ꝛ quod iterum non detur ei facultas producẽdi:quia si daretur materia,ꝛ occasio delinquẽdi,ꝛ fingendi se admisisse ꝛ producendi iterum,ꝛ subornandi,ꝛ materia peccãdi auferẽda. ff.de iureiur.l.ait pretor.§.j.ꝛ de eden l.j.§.editiones. Si ꝓbet se euidenti casu admisisse,producet iterum,vt ff.de eden.l.si qs ex arbitris.§.fin.ꝛ l.sequẽ.Videtur tamen,ꝙ in primo casu possit ꝓducere,quãdo stetit per iudicem, qꝛ periculosum ei esset litigare cum iudice,ꝛ probare interesse est difficile, vel ad minus per beneficiũ restitutionis ex illa clausula generali si qua mihi iusta causa.ꝛc.vel ex illa speciali,ꝛ perpetuo.Sed quomodo probabit damnum.Dic.forte sacramẽto illius qui produxit testes,
10 vt ff.quod vi aut clã.l.super.§.hoc.C.vnde vi.l.si quis.¶†Sed quero vtrum ille,qui testes produxit,teneatur respondere positionibus factis per illum,cõtra quẽ testes sunt producti super dictis testium,vel super personis eorum, vt quia ponat qđ dictum eorum nõ tenet,quia varia dixerunt,ꝛc.vel quia sunt infames,ꝛc.Dubitatio huius questionis est,quia poterit dicere ꝓducens,nõ teneor accusare testem meum,nec indicare turpitudinem suam,vt C.vt nemo inui.ag.l.vnica. Sꝫ illud habet locũ quando principaliter ꝛ ab initio criminaliter quis cogitur.Sed cum quis admitteretur ad probandum causam remotionis, ergo ꝛ per quẽlibet legitimum modũ probationis. Sꝫ positio est legitimus modus probationis,ergo omnimodo tenetur respõ-
11 dere. ¶†Itẽ quero,qđ si aliquis volebat quod quis ferret testimonium pro eo,ꝛ eum cum duceret ad testimoniũ dicẽdũ, testis iste libenter volebat iurare,dixit ꝛ exclamauit coram omnibus dicẽdo,Domine iudex,de isto facto nihil scio quod ipse dixit,ꝛ videlicet producẽs ꝛ hic producẽs semp presens erat,vtrũ amplius eum inducere possit.Dubiũ est,quia testificata didicit ꝛ sic videtur quod eum vlterius producere nõ possit Sed cõtrarium puto,quia differẽtia est iter testificata ꝛ testificãda. Testificata dicuntur,cum testes testimoniũ dixerunt ꝛ eorum dicta ĩ actis redacta,ꝛ post aliqua partiũ didicit testificata. Testificãda sunt,q̃ nõ sunt dicta,sed dicẽda,sed quod hoc sit verũ, auth.
12 at qui semel produxerit.C.de prob.hoc euidẽter ꝓbat.¶†Quero vtrũ postquã pars didicit testificata possit saltẽ testes inducere ad corroborandũ eorũ dicta.Et videt,ꝙ sic,vt aut.de testi. §.quia vero multi.Sed cõtrariũ puto,ꝛ sic se habet cõsuetudo. Sed nunquid postquam pars didicit testificata,possit testes inducere ad reprobandũ testes Videtur,qđ non,quia testificata didicit. Contrariũ puto vt cum velit dicere pars quod sint criminosi ꝛ infames,ꝛ si sciui eos ab initio infames,vel criminosos esse si tñ ab initio protestatus fui de iure meo,ꝛ eius q̃stio seruata est postea:ꝛ predicta probat auth. si testis product⁹ dicatur.
13 C.de testi.ꝛ l.si quis testibus.†Sꝫ vbi a ꝓncipio sciui testes esse infames:ꝛ criminosos dũ producerẽtur : ꝛ nihil dixi preiudicaui mihi:ꝛ ita do. Azo dixit:vt audiui. Sed si velim reꝓbare dictũ testis:semper testes possuꝫ producere:vt in auth.de testi.§. qꝛ vero.Sed decretalis dicit:ꝙ si nihil ab initio protestat⁹ fui, nec aliquid dixi:ꝙ post publicationẽ possum dicere criminosos vel infames:vt in c.deniq;.extra de excep.in gl.in verb accusati.ĩ fi.ex.de testi.c.presentiũ. Sꝫ nũquid aliqua pars post publicationem põt aliquas interrogationes facere a testibus aduerse partis:per quas aliquid probet.Et videt:ꝙ sic:ꝛ ĩ hac opi.erãt multi do.Bono.Sꝫ cõtra:dico:ꝙ possit causam sui dicti explorare:ꝛ sentẽtiã suã mutare:ꝛ vitiare:vt ff.de testamẽ.l.heredes. ꝛ ð her.instit.l.asse.su nouo tñ cap.ꝛ de nouo emergente : bene possunt fieri interrogatiões:ꝛ testes induci:vt C.de testi.l.si qs.
14 ꝛ extra de testi.c.fraternitatis. ¶†Quero:quid si renunciatum est testium productioni:testificata tamẽ nõ didicit, vtrũ poterit non obstante renũtiatione testes producere.Credimus: ꝙ sola renunciatio non facit:ꝙ testes vlterius non possint ꝓduci : sed scientia dictorum testium: vt in auth.de testib.§.quia vero multi.ꝛ C.de iud.auth.iubemus.non enim potest:postquã testificata didicit:testes producere:vt C.de prob l.at qui semel.ꝛ ff ð rei vendi l.officium.Sed quidã dicũt:ꝙ auth.corrigit leges istas: ꝛ omnes alias que hoc dicunt:sed hoc nobis dicere non placet Sed domino meo visum est distinguendum:vtrum quid produxerint testes extra iudiciũ: vel in iudicio. Si extra iudicium dixerit testificata suorum testium:non fiet ei preiudicium:sed si I
15 iudicio produxerit locum non habet hec authent.†Item pone: quod testis dixit se male dixisse.Vel pone:qđ testis dixit aliud coram arbitro:ꝛ aliud coram iudice:quid erit hoc casu faciendũ Et dicit: quod vltimo dicto stetur : ꝛ puniatur : vt falsarius.ff. de testibus.l.qui falso.quod vltimo dicto stetur:facit ff.de quest. l.repetita.ꝛ in authen.eo.§ ꝛ licet dudum.ff.de inoffic.testam.l. is:qui admittitur.Alij.dicunt:ꝙ primo stetur:quia presumitur: quod corruptus hoc dicat. Ego neutrũ dico,nec credo ꝛ ita de facto seruatur Bono. Sed pone quod testis dixit testimonium ꝛ notarius cause scripsit,ꝛ dum notarius legit dictum suum in
16 publicatione dicit testis se sic nõ dixisse.†Vel pone quod tabellio legit citationem factã a precone,qui dicit predicta die se nõ citasse:nunquid stabitur dicto testis,vel preconis,siue tabellionis. Dic quod stabitur scripture. Nam talis facit fidẽ sine testibus,vt C.de don.l.in donationibus. in princ. ꝛ extra de ꝓbac. quoniam contra falsam.ꝛ ibi dicitur plene per Inno. Item pone quod testis tulit falsum testimoniũ de feriato quãuis ipsum dictum non tenet, vt puta quia die feriato dixit, vt dictum est, vtrum puniatur de falso. Dic quod sic.argu.C.de episc.audi.l. si clericus.ff.ad leg.Cor.de fal.l.si quis legatum.

¶De contrarietate testium,quid sit tenendum.

Cum testes sunt contrarij distingue. Aut vnus testis contradicit sibi expsse,ꝛ eius testimonium non valet.iij.q.ix.puta.extra de appel.c.solicitudinẽ.C.de lib.cau l.cũ preci. nisi hoc fecerit corrigendo se incõtinẽti,extra de testi.cog.ꝓterea.Aut est falsus,ꝛ videt in nullo valere , dixi supra,ꝛ est dist.ix.c.si ad scripturas.Aut vn⁹ testis cõtradicit pluribus,ꝛ tũc talis cõtrarietas nõ obstat,qꝛ testimoniũ vnius nõ iustificat,nec dãnat.xxxiij.q.ij.c.admonere.nisi cõtradicat pluribus testibus,cũ quibus scriptus est in vno instru-
1 mento ff.quemad.testa.aperian.l.j.in fine.¶†Sed quid si in tali instrumento sunt tot testes , ꝙ sine ipso sufficiunt, quamuis vnus cõtradicat,nunquid talis contradictio obstet:Et dic ꝙ non,vt not.in d.l.j.supra proxi.alleg. Si vero plures pluribus subdistinguunt quidam,quia aut contradicunt testibus ex eadem parte productis,ꝛ tunc nullius testimonium valet.iij.q.ix.nihilominus.iuncta gl.in verb.simul.ꝛ videtur hoc expressum extra de probatio.cap.licet.sicut quando diuerse scripture ex eadem parte producuntur, que sibi contrarie sint, ꝛ tunc nulla ex illis
2 valet,vt C.de fide instr.c.scripture. ¶†Sed si contradicunt testes partis aduerse,preualet plurium testimonium testimonio paucorum,nisi illi testes pauciores sint meliores, vel magis verisimiliter loquantur. Hanc opinionem non approbo. Licet enim testes eiusdem partis contradicant, non dico casu quod eorum testimonia non valeant licet ita sit in instrumentis:quia instrumenta sua potest quis preuidere an sibi contradicãt. Unde imputet sibi si contraria exhibet instrumenta. Sed in testibus nesciunt quid dicturi sint. Dic ergo, ꝙ si testes contradicant testibus,siue ex eadem parte,siue ex aduersa parte productis primo concordabit iudex contradictionem illã si poterit extra de testibus cum tu ñli.in decret.c.periculose.de penitẽt. distinct.j.extra de verbo.signifi.nihil obstat. Idem potest dici de contrarijs instrumentis extra de consue.c.cum dilectus ubi sit manifesta contrarietas iij.q.ix.c.nihilominus.xxxv.q.vj.c.de parentela.Ubi ergo testes contrarij sunt,testimonium plurium preualet,nisi ex altera parte tanta sit dignitas,quod merito debeat preiudicare numero,vel verisimilia loquatur.vel nisi per pauciores testes.plura probentur quam per plures.Exẽpli gratia plures testes probant me possedisse rem per decẽ annos pauciores probant te possedisse per quadraginta annos.talem rem preterea dicunt titulum possidendi , ꝛ dicemus valere testimonium paucorum extra de proba.c. ex literis.hoc verum est vbi testes de eodem tempore introducti sunt. Si autem testes ex vtraq; parte sunt pares,ꝛ in numero,ꝛ in dignitate.tunc fertur sententia pro reo extra de proba.c ex literis. ꝛ de fide instr. inter dilectos.nisi in matrimonio,ꝛ ĩ causa liberali pro testamento,ꝛ in dote,extra de sent.ꝛ re iud.c.si.Si autẽ neuter possidet sed vterque petit rem ab extraneo,tunc si vtriusque partis testes sunt pares,diuidatur res si potest:extra de presumpt.c.afferte.si res est indiuidua:potest iudex gratificari:ꝛ dare cui vult extra de paroch.c.j.vel res sorte dirimitur.xxvj.q.ij.c.sors non
3 est aliquid. ¶†Si vero testes contradicunt instrumento.aut contradicunt instrumento,in quo sunt scripti, aut instrumento in quo non sunt scripti.¶Primo casu preualent testes instrumento,extra de probationib.capit.iij.ꝛ de consuetuti.capit.per tuas.ff.quemadmo testa aperian.l j.in auth.de fide instrumen. §.si vero tale aliquid.¶Secundo casu dicũt quidam ꝙ semper preiudicat viua vox mortue,in auth.de fide instru.§.si vero.col. vij.Alij dicunt quod si factum est remotum ab hominum memoria potius credatur instrumento ,quam testibus.Sed si factum est certũ,potius credatur testibus,tunc ideo:quia memoria vltra annum non habetur.ff.de probat.l.si arbiter.tunc ideꝫ quia testes consueuerunt eorum fidem variare ex tractu temporis.ff. de Carbonia.edic.l.iij.§.due autem.sunt.versicu.finge esse.ff.de dam.in

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

4 dam, infec. l. qui bona, §. fin. ¶ Ego credo, q̄ cōtra instrumen ū admittuntur testes quantumcunq; sit publicum, extra de pscr. ad audientiam. C. de probat. l. cum precibus, non tamen credo quod testimonium duorum, vel triū prevaleat instrumēto. Nam cum instrumentum obtineat vicem duorum testium, ꝛ preterea rebellio equipollet, vel maior sit vno teste oportet q̄ ad minus reprobetur instrumentum per quatuor testes, extra de fide istr. cum Joannes. Fallit tamen hoc in duobus casibus, vbi videl. q̄ contra instrumentum non admittuntur testes sicut contra instrumentarium publice confectum non admittuntur testes. C. arbitr. tut. l. fi. ꝛ in cōfessione, que fit a muliere in instrumēto in quo confitetur se recepisse pecuniā pro intercessione, vt l. antique. C. ad Velleia. ¶ Quero quid si vnus de collegio ferat testimonium
5 pro collegio, vel contra collegium, an tale testimoniū valeat nec ne? Dic quod sic, vt not. ff. quod cuiusque vniuer. l. item eorū. §. actor vniuersitatis. Quero, quid si aliquis accusatus est quod interfecit aliquem in quadā domo: testes producti ad probādum dictum maleficiū probant, q̄ dictum maleficium cōmissum fuit ante dictam domum, vtrum sit probatum: videtur, ꝛ sic, vt ff. de
6 verb. oblig. l. qui ante Calendas. ¶ Quid si testis dicat quem vidisse tenuisse, ꝛ possedisse, ꝛ nescit qd sit possessio, nūquid eius dictū valeat? ꝛ si valet, de qua possessione videt ipsum probasse? Sol. dic quod eius dictum valet, ꝛ videtur probare illam possessionē super qua introductus est, vt no. ff. de ver. obl. l. stipulatio. ista, §. hec quoq; stipulatio. ꝛ ibi p D v. ¶ Quid si testis obscure deposuit in iudicio, p quo debet fieri interpretatio. dic p D v.
7 extra de reg. iu. c. cōtra eū. li. vi. Pone statuto cauet, q̄ si q̄s produxerit testes falsos quod soluat certam penam, modo quidam produxit vnum. Modo queritur vtrū teneatur ad penam statuti. Dic quod sic. ff. de neg. gest. l. ait pretor. in princ. §. negotia.
8 ¶ Item quero, si duo testes dicant quod quidam fundus valet centum, ꝛ non plus, duo dicant quod valet ducenta, cui dicto stabimus? Dico quod stabimus dicto duorum. Nam glos. in l. idem proferre. §. si plures in verbo, consenserunt. ff. de arbitr. dicit quod plus creditur duobus asserētibus affirmatiuam quam decem proponentibus negatiuam, quamuis contrarium sit in arbitris. Nam statur dicto illorum, qui consenserunt in maiori
9 quātitate, quāuis sint pauciores in numero. ¶ Quero, vtrum testes producti super vno articulo debeant super alio interrogari? Videtur, quod non, argumen. l. si quis libertatem. in fine. ff. de pet. hered. de iureiur. l. si duo §. fina. in fine. C. de ord. cog. li. Sed contra facit, authent. si testis productus. C. de testibus. vol. ibi interrogatur an sit liber a natiuitate, vel non. Et dic de
10 materia ista per Innoc. extra de testib. cap. per tuas. ¶ Quero, pone quod ex familia alicuius vnus deliquit, dicit testis q̄ nomē deliquētis ignorat, sed si videret, bene cognosceret, vtrū dominus debeat totam familiam exhibere, vt testis possit recognoscere delinquentem? Dic quod sic. ff. ad exhibē. li. §. si quis noxali. ff. de publican. l. cum si exhibuisset. §. ante autem. extra, de testibus cap. cū causam. ¶ dē, si si aliquis erat in loco aliquo ꝛ vnus deliquit. Idem si aliquis cōmisit maleficium, ꝛ dum cōmisit erat indutus alijs pannis quam nūc sit, quod debet se in
11 duere, vt testis eum cognoscat. ¶ Pone, quod testes falsum testimonium dixerunt, corrupti pecunia, nunquid sufficit alterum probare? Dic quod non. l. diuus. ff. de re iudica. quibus ex causis possel. ea l. Fulcinus §. ꝟ. ꝛ §. quid sit latitare. vi bono. rapt. li. §. dolo autem. ꝛ §. sequen. extra de proba. cap. licet ista adhoc se astrinxit, ex quo sic limitate locutus fuit, vt supra dicta ibi probant. Secus si dicerem, quod testes falsum testimonium dixerunt, ꝛ pecunia corrupti sunt, quia tūc videor duo ponere, ꝛ sufficit alterum probari. ff. de verborum significat. l. sepe.
12 §. cum vero dixit pretor. ꝛ per dictū c. §. alleg. ¶ Quero, vtrū instātia iudicij perēpta, dicta testiū perēpta sint. Dic, q̄ aut instantia est perempta ante publicationē testiū, ꝛ tunc dicta testiū perempta sunt: nam postea non faciunt fidem. Aut instatia perempta est post publicationem testium, ꝛ tunc dicta testium non perimit, vt not. Lyn. C. de iudic. l. properandum. §. si vero cause. vers. fic. Secundo queritur. Quid si testis adūciat aliquid falsum dicto suo, seu testimonio, vtrum totum suum dictum corrumpatur. Dic quod sic, extra de regulis iuris. cap. de fleat peccator. Quero, cum sint quidam, qui non coguntur ferre testimoniū, vt ff. de testibus. l. inuiti. nunquid ipsis volentibus admittantur. Dic quod sic, vt not. in glo fina. d. l. pro. alleg. in verbo. nō licet. in finalibus verbis. Quid si testis vnum dicit in vno iudicio, aliud in alio? Dic, quod quandoque testis variat in eadem causa inter easdem personas, ꝛ tunc aut secundum dictum est cum tormentis, ꝛ statur secundo, vt l. si postulauerit. §. ratio. vers. fic, sed si negauerit. ff. de adult. aut sine tormētis, ꝛ tunc aut dicit animo corrigendi, ꝛ incontinenti, ꝛ potest, ꝛ valet secundum, vt in authent. de testibus. §. quia vero in glossa magna, ꝛ extra, de testibus. cap. sicut. aut non animo se corrigendi, ꝛ tunc habetur, vt testis varians, ꝛ punitur. l. eos. ff. de falsis. Quādo testis variat in iudicio ab eo, quod dixit extra iudicium, ꝛ tunc aut primo testificatus est in iudicio, deinde contrarium dixit extra iudicium, ꝛ tunc statur primo dicto. l. generaliter. C. de non numerata pecunia. ꝛ d. cap. sicut. aut dixit extra iudicium, deinde dicit contrarium in iudicio ꝛ tunc punitur vt falsarius. d. l. eos. ō. respon. aut profert diuersa ꝛ varia testimonia contra diuersos ꝛ tunc punitur. d. l. eos. iō. respon. ꝛ ista colliguntur ex dictis Bar. in d. l. eos.

Tractatus Jacobi Egidij,

De reprobatione testium.

1 ¶ Testis infamis non admittitur.
2 Serui testimonium reprobatur.
3 Monachus, canonicus regularis, ꝛ similes, testificātur in causis sue ecclesie.
4 Fratres minores, ꝛ predicatores, de licentia sui superioris testificantur, ꝛ ipsis magis creditur.
5 Mulier non admittitur in criminalibus, in ciuilibus sic.
6 Minor in criminalibus non admittitur.
Impubes testificatur de bis que vidit in pupillari etate.
7 Furiosus ꝛ mente captus repelluntur.
8 Fatuus admittitur sed ei tanta fides non adhibetur.
9 Excommunicati, infideles, ꝛ heretici repelluntur a testimonio.
10 Domestici, ꝛ familiares repelluntur.
Vxor dicitur domestica.
11 Testes debēt cū iuso deponere, ꝛ tale iuramētū nō pōt remitti.
12 Testis in causa propria quis esse non potest.
Monach⁹ p ecclia, ꝛ illi de vniuersitate, p vniuersitate testificāt.
13 Venditor pro emptore non testificatur.
Fideiussor pro debitore sic.
Tutor, curator ꝛ similes pro dominis non testificantur.
Aduocatus durāte aduocatiōe nō testificatur, sed ea finita sic.
14 Testes singulares reprobantur.
15 Socij, ꝛ consortes, in causa communi non testificantur.
16 Particeps, ꝛ socius criminum repellitur.
17 Testes obscuri, ꝛ ignoti repelluntur.
Iudex cogit testem dictum obscurum declarare.
18 Testis, incontinenti potest dictum suum mutare in totum, vel in partem, ꝛ statur vltimo.
19 Testis non reddens causam dicti non probat.
Iudex nō iterrogans testē de causa dicti, tenet pti ad interesse.
20 Inimicus repellitur a testimonio.
21 Testis qui falsum dicit reprobatur.
22 Testificans corruptus pecunia repellitur.
23 Testis, qui celat veritatem, non probat.
24 Testis repellitur, si verisimilia non deponit.
25 Testes deponentes per eundem premeditatumque sermonem non probant.
26 Reprobantur qui de diuersis rebus deponunt.
27 Testes deponentes de diuersis personis, reprobantur.
28 Reprobantur ratione male computationis graduum.
29 Testes deponentes de diuersis locis non probant.
30 Testes iurantes ꝛ deponentes, in ecclesia reprobantur.
31 Testis vnus si dicit de vno tempore, alius de alio reprobātur
Testis quando sit interrogandus de tempore, ꝛ an varietas in tempore noceat.
32 Decima non probatur per testes, quorum vnus dicit de fabis, alius de ciceribus.
33 Officium iudicis quale esse debeat, quando testes variant, siue inter se, siue inter alios.
34 Testes dicentes vnum pro alio, vel pluribus direrunt sua testimonia, reprobantur, ꝛ tanquam falsarij puniuntur.
35 Usurarij ꝛ consistentes in peccato mortali repellūtur a testimonio. num. 38. in fine
36 Testis reprobatur ex illis causis, ex quibus iudex vt suspectus recusatur.
Iudex propter quas causas suspectus recusatur.
37 Testes super eisdem articulis iterato recipi non possunt.
38 Testis qui alias protulit falsum testimonium, repellitur.
39 Testis qui contra me testificatus est, si modo per me, p̄ ducitur, repellitur.
40 Testes post didicita testificata repelluntur.
41 Testis si secrete ꝛ singillatim non deposuit, reprobatur.
42 Testis qui non fuit receptus a iudice, vel ab alio de eius māda

to non admittitur.
43 Testes recepti ante litem contestatam, non probant.
44 Testes reprobantur, quando deficiunt in numero requisito.
45 Testes si non sunt rogati, non probant.
46 Testes sola voluntate illius, contra quem producuntur coram arbitro reprobantur.
47 Testis non admittitur in illis casibus, in quibus oportet probare per scripturam.
Scriptura in quibus casibus necessaria.
48 Testes reprobant quando articuli pducti nō faciūt ad causaz.
49 Testes producti super id de quo est actum, reprobantur.
50 Testis potest interrogari de facinoribus suis.
51 Multitudo effrenata testium reprobatur.
Numerus quadragenarius, dicitur effrenata multituto.
52 Testes, quorum dicta nō sunt redacta in publicam formam nō probant.
53 Producere testes, vel instrumenta contra se quis non cogitur.
54 Senes, & valetudinarij inuiti, non admittuntur.
Senex dicitur, qui compleuit septuaginta annos.
55 Proreneta non admittitur, nisi vtraq; parte volente.
56 Hermaphroditus non compellitur.
57 Ascendentes, & descendentes inter se non testificantur.
Mater testificat p filio de etate, & an de impedimēto matrimōij.
58 Frater contra fratrē in criminalibus nō cogit ferre testimoniū
59 Testes reprobantur si non dicunt se vidisse, & interfuisse.
Testis deponens per verbum, credit quam probationē faciat.
60 Juramentum testis in probādo impedimēto matrimonij quid continere debeat.
61 Testes quando possunt reprobari ante apertura, vel post apertura testium.
62 Testes a me productos, quantum ad personam non possum reprobare, sed dicta sic.
63 Testium reprobatio non admittitur vltra quartā productionē.
63 Testibus reprobatis que pena imponatur.
64 Judex vel notarius qui patitur dicta testium videre ante apertura, tenetur falsi.
66 Testis, iudex, vel notarius, vel alius reuelans secreta testium cause, vel alterius rei, tenetur pena falsi.
Judex qui reuelat sententiam quā laturus est, tenet pena falsi.
67 Testis qui aliquid dicit, & dictum suum profit etiam illi parti, contra quam producitur quod probat.
68 Judex cogit etiam non sue iurisdictionis testimonium ferre.
69 Testes compellūtur testificari mulcta indicta, & pignoribus captis, & alijs etiam remedijs.
70 Testes in criminalibus coram iudice examinantur, in ciuilibus secus.
71 Tempus volēti probare per testes nō currit, donec testes sunt contumaces.
72 Heres testis qui noluit comparere ad prohibendū testimoniū, & mortuus est, tenetur damnum emendare, probare volenti pro eo quod amisit, quia non potuit probare.
73 Testes recepti super processu, nullo modo probant.
74 Articuli, & interrogatoria, debent poni in actis.
75 Notarius si dicat, testes recepti sup positionib⁹, & actis factis, quod nō sufficiat vt dicatur super quibus articulis sint recepti
76 Testes iurati in termino, quando examinari possint extra terminum late de hoc disputatur.

Bart. de Reprobatione testium summa capita.

a REprobātur a infames, serui, rectores ecclesiarum, monachus, Abbas, & similes fratres minores, & predicatores, & economi, mulieres, minores, furiosi, pauperes, infideles, excommunicati, domestici, qui non iurauerint, qui in causa propria. Debitor, venditor, fideiussor, tutor, curator, negociorum gestor. Juder, aduocatus, procurator, singulares, in causa communi. Participes, & socij, obscuri, qui reuertuntur ad iudicem, qui causam sui dicti non direxit, quos iudex nō interrogauerit, inimici, vel inter quos lis criminalis est mota, qui vnum p alio dicūt corrupti. Qui verū nō dicūt, qui primo ora rei de qua queritur testimonia nō direxit qui premeditatū, & vnum sermonē direxit. Notarij qui extense dictū testis nō scribūt, qui dicit de vna re, & alius de alia, qui dicit de vna persona, & alius de alia, qui nō bene cōputāt gradum consanguinitatis, qui discordant de loco, qui discordāt de tempore qui discordant de re si singuli diuersa, & varia deponant, si aliqui de meis pro te, & aliquibus pro me dixerint, qui non dicunt ad causam, quia falsa, & varia deponant, vsurarij, Judices suspecti, qui recipiuntur, sterili, quos vis pro te producere, qui dicerint testificata, qui scripte non direxit dictum suum, qui a iudice non recipiuntur, qui deficiunt in numero ordinato, quando numerus exigitur, si articuli non faciant ad causam, qui deponunt extra intentionem qui interrogantur de suis facinoribus, si multitudo fuerit magnatum, qui dicta non sunt redacta in publicam formam, qui reputantur inducti contra se, & instrumenta, qui compellūtur inuiti, & qui non, Proxenete, & censuales, Hermaphroditi, parentes, de visu, sed de credulitate, & auditu.

ADDITIO.

a Tho. D. C Reprobantur. Hec esse Bart. creduntur, & sequis caput incip. Testium facilitati. est Jacobi Egidij. Deinde addita quedam Ang. de Perus.

a TEstiū facilitati a obsistit dum actoritatem, & ipsorū falsitati, machinationibus, & fraudulosis per quos multa veritati contraria impetrantur. vt C. de testi. l. testium, & furta. illa destina committuntur. dum dictis ipsorum dat authoritatem, qui dum habet secundum allegata & probata iudicare vt ff. de offi. presid. l. illicitas. vsi. veritas, & etc. & cleric. excommunica capi. latores. & xpitij que. ij. cap. si quis non recto iudicio, miseri domini rerum enormiter spoliantur. & alibi dicit. l. vnica. C. de vsucap. transfor. iusontes, & innocentes grauiter puniuntur. cum sanctius sit deliquentis factum impunitum relinquere, quam innocentem aliquatenus condemnare vt ff. de penis. l. absentem. Et in his iniqui peiores sunt furibus, latronibus, abigeis, & aliquibus criminosis. Amb. si dictum testis tribus obnoxium est personis. Primo Deo cuius tactis sacrosanctis ecclesie scripturis presentiam debuit peierat. Deinde iudici. quem mentiendo decepit, atque fallit. Postremo innocenti, quem ledit testimonio suo fallo, vt extra de falsis. capit. primo. Ideo proposui quedam dicere contra voces testium sceleratas & ex quibus causis ipsorū testimonia reprobantur. nil de contingentibus omittendo, quia nil videtur actum, donec aliquid superest ad agendū. vt C. de his quib. vt indig. l. cum Sillanianum senatusconsultum. secundum ius
1 ra canonica, & ciuilia, breuiter explicabo. Et primo. † Reprobantur testes. si sunt infames, vt de testibus. l. tertia. & lege Julia. & extra de verborum significatio. cap. fous. §. teles. sed infamia iuris. & non facti, vt C. de dignitatibus. l. neque. & Cath. l. prima. Sed quid de alio, cui crimen opponitur. Dic vt extra de testibus. capitu. testimonium eius. Sed an pendente accusatione damnati de crimine admittuntur in testem. De vt notatur extra de testibus. capitulo finali. Quibus causis quidam infamantur infamia iuris, & facti habetur & quibus ex causis infamia irroga. lege secunda. §. vltimo. & lege quidam operas. & in lege. Athletas. §. ait pretor. & pretium. C. eodem titu. ex quibus causis infamia irroga. leg. quadam lege, si te. & lege, decreto. lege. fustibus. & lege, non damnatos. Judi. tu. de pena teme. litig. §. ex quibusdam. Jam infames ex quibus bet actu legitimo repelluntur. & ff. de testibus. lege, iniquissem tractatum. & C. de summa Trinitate. lege prima, vbi de hoc.
2 † Reprobātur testes. si sunt serui. vt C. de testibus. lege seruus & lege etiam. quia serui timore dominorum suppriment veritatem, vt extra de verborum significatio. capitu. fous. §. teles. & iij. q. v. cano. accusatores. & iiij. q. ij. cano. si testes §. ite si testes. & C. de testibus. & lege quoniam liberi. cum similibus. † Sed quid a Monachus, Canonicus regularis, Archipresbyter, Abbas, Rector. cum sint serui Dei, & monasterij, quia nihil proprij habent. & renunciant propie voluntati, vt xxiij. q. iij. questione, prima cano. non dicatis. & xix. questio. iij. cano. sicut mus. & cano. quia ingredientibus. & quia sunt mortui mundo vt. C. de episcopis, & clericis. lege, Deo nobis. Sed numquid sint compellendi ferre testimonium, & pro locis suis testificari & pro monasterijs, & suis ecclesijs. vbi degunt. Et certe fieri argumen. xvi. q. j. can. monachi. & can. qui vere pureq. & in auth. de sanctissimis episcopis. §. si quando. & extra de testibus. cap. insuper. & cap. cum nuncius decimaquarta questij. c. super prudentia tua. & extra de iureiuran. cap. & si Christus. in fine. hoc in ciuili, in criminali vero causa dic, vt not. in dicto cap.
4 cum nuncius. C † Sed nunquid fratres minores, predicatores compellantur testificari, & dicere veritatem licentia prelati

habita: Et certe sic q̄ compellitur episcopus qui est religiosior eis, propositis tamen sacrosanctis scripturis ⁊ non tactis, vt C. de episcopis, ⁊ clericis. auth. sed iuder. que est signata supl. nec honore, ⁊ quia isti sunt testes omni exceptione maiores. ⁊ nō est verisimile quod deierent vel suppriment veritatem, cum hic sit precipuus timor nature, ⁊ sint filij precipue Dei, qui est via, veritas, ⁊ vita, ⁊ facit ff. de officio perfect. pret. o. l. vnic. in fine. Et sepe solet similis filius esse patri ⁊ arbore de dulci dulcia poma cadit iuxta illud verbum Christi, Si veritatem dico vobis, cur non creditis mihi. Et aliud verbum. Juravit dominus, ⁊ nō penitebit eum, vt extra, de iureiurā. capi. ⁊ si Christus. Nam si pro veritate deierant tanquam heretici, repudiandi sunt. quia quidam heretici non iurant. ⁊ qui veritatem occultat, mortaliter peccat. xi. questione tertia, cano. quisquis. ⁊ circa confusionē testium dic vt nota. de testibus capit. penul. ⁊ hoc est quod legit contra eos. xvij. questio. i. can. clericum. ⁊ cano. cōsidera. Serui enim admittuntur contra dominum, vt iiij. questione ij. can. si testes. ℌ item serui. ⁊ ff. de testibus. lege, serui. ⁊ sic admittuntur isti religiosi. compelluntur enim ad testimonium veritatis. nam alias facultas probationum angustiaretur. qō esse non debet, vt C. de here. ⁊ Manic. l. quoniam. in fine. † Item mulieres a testimonio repelluntur: quia femine non admittuntur in crimina. l. vt xxiij. questione quinta. ⁊ in mulierem. ⁊ est ratio, quia varium, ⁊ mutabile cor semper tenent, vt extra de verborum significatione. capitulo. forus. ℌ. testes. vnde versus. solet dici. femina fallere falsaque dicere quando carebit, Becchara piscib⁹, ⁊ mare fluctibus, tunc que carebit. Et alibi dicitur. ℌ emina nulla bona quia ter mutatur in hora. In ciuilibus autem admittuntur, vt decima quinta quest. quarta. can. ex eo. ⁊ ff. de testibus. l. ex eo. In criminalibus autem admittuntur, cum ciuiliter agitur, vt contra hereticos. ⁊ extra de testibus. capitulo, quoniam. ⁊ capitulum literis vestris. In testamētis ⁊ vltimis volūtatibus nō admittuntur. vt C. de testamentis. l. hac consultissima. in princi. ⁊ qui testamento heres. ℌ. mulier. ff. de testamētis. In codicillis autē bene possunt esse testes. vt ff. de testament. o. l. q testamento. ℌ. mulier. † Reprobantur testes minores quatuordecim annis in ciuili, vt C. de testib⁹. l. tertia. ℌ. lege Julia. iiij. questione. iij. can. si testes. ℌ. item in testimonium. In criminali repelluntur minores. xx. annorum, vt ff. de testibus. l. inuitiū. Impuberes tamen in his que viderunt in pupillari etate, possunt testificari. ⁊ idem in seruo libero facto vt ff. de verborū significatione. Inotionem. ℌ. instrumentorum. ⁊ not. in l. de minore. ff. de quest. ⁊ in l. fina. C. de ijs quibus vt indig. † Repelluntur furiosi, ⁊ mente capti, sicut ab officio iudicandi, quarta questio. vij. cano. i. ℌ. tria. † Repelluntur pauperes, quia non tanta fides eis adhiberi debet, quia timor est ne pecunia corrupti testificentur, quia facilius corrumpūtur pauperes quam diuites: vt ff. de testib⁹. l. testium in principi. ⁊ in authētic. de testibus. ℌ. sancimus. ⁊ ff. de excusation. tuto. l. spadonem. ℌ. finali. Sed admittuntur interdum pauperes, quia non tantum ex facultatibus, sed ex fide testis idoneus reputatur. vt Jnstitut. de suspec. tut. ℌ. finali. ⁊ in authētic. de testibus. ℌ. sancimus. ⁊ in decret. quarta questione tertia. c. si testes. ℌ. item si testium fidem. ⁊ quicquid dicatur, pauperi nō tanta fides adhibetur, si inspicitur eius propositum l. cum ij. ℌ. in persona eius. ff. de transaction. de suspec. tuto. l. suspectum. de administratio. tuto. l. scire oportet. in fine. † Reprobantur infideles, ⁊ excommunicati heretici, non participantes communioni sancte Romane ecclesie. vt secunda questione septima. canone. si hereticus. ⁊ extra de senten. excommunicat. capit. per. Jam excōmunicatio est separatio a communione omnium fidelium vt vi. questione tertia. can. ad mensam. ℌ. euidenter, ⁊c. Et ideo excommunicati, ad testimonium non admittuntur, nec sententia, nec laudum, nec preceptum, nec arbitrium ab excommunicato latum tenet, nec vt patronus aduocare potest, si sit excommunicatus, nec poterit esse in iudicio, licet se defendere possit. ⁊ causam appellationis exercere, vt extra de exceptio. capitulo, a nobis. ⁊ capitulo cum inter. ⁊ capitulo, significauit. ⁊ capitulo exceptionem. ⁊ extra de senten. ⁊ re iudica. capitulo, ad probandum. nec literas potest impetrare excommunicatus. nec pro alijs postulare. vt extra de officio ordina. capitulo ex parte. nec mirum si nō posset esse testis. Ex supradictis autem ser testes repelluntur. Cause autem sunt bis versib. comprehense. Etas. conditio, seruus, discretio, fama, Et fortuna, fides, in testibus ista requires. † Item repelluntur testes, si sunt domestici, familiares, ⁊ serui, liberti, mercenarij, qui sunt ad soldum dominorum. Et illi dicuntur domestici, de quibus legitur ff. de penis. lege. respiciendum. ff. furta. ⁊ ff. ad Sillanianum. l. finali. ff. de edil. edic. l. ediles. etiam hoc. ℌ. familie. ⁊ ff. de rel. familiaria. Et vxor videtur domestica. quia est socia diuine ⁊ humane dom⁹, ⁊ duo sunt in carne vna. vt C. de cri. expil. here. l. a diuersus. Quidā dicunt, q̄ vxor contra virum testificatur, non pro eo quod nō placet. quia qui agere nō potest pro me. nec cōtra me. vt C. de testi. l. parentes. ⁊ l. seruos. ⁊ extra de testib. c. Ii teris. vbi de hoc. † Reprobātur testes. nisi cū sacramēto deposuerint dicta sua: vt C. de testi. l. iurisiurādi. nisi sacramētū fuerit remissum testi, ac si iurasset. habita fide de partiū volūtate. q̄ vnicuiq̄ licet facere gratiā alteri de iure sibi cōpetēte vt C. ō pacti. l. si quis in cōscribēdo. ⁊ pactis priuatorū potest iuris seueritas mitigari. vt C. de appel. l. vlt. ⁊ ff. de fer. l. j. Sed sacramentū calūnie partiū volūtate remitti nō potest. vt C. de iura. calū. l. ij. ℌ. ij. quia veremur. sed tacite sic. argu. C. de probat. l. ita denique. Et dimus tamen contrarium q̄ remitti non possit, nec tenet processus. si remittatur, cum in predicta l. iurisiurandi. dicatur expresse testem debere iurare. ⁊ bodie fere testes vix cum sacramēto exprimant veritatem, propter malitiam ipsorum. ne dum sine sacramento licet quidam contra nos sentiant. ⁊ ita in quibusdā partibus de consuetudine obseruatur, sed non exemplis, sed legibus est iudicandū, cum veritatē, ⁊ legū, ⁊ iustitie sequi debeamus vestigia. vt C. de senten. ⁊ interlo. omnium. iud. l. nemo. sed cōtra nos est extra de testi. c. cuis. Sed illud cap. cuis. loquitur in monachis, ⁊ conuersis licet quidam intelligant large. prout litera sonat, sed litera occidit spiritus autē viuificat. Sed nunquid in causa criminali poterit sacramentum remitti. vel in ardua alia causa. Non credimus, quia vbi maius periculum vertitur ibi cautius est agendum. ff. de Carbo. edicti. l. j. ℌ. sed ⁊ si quis, non tantum. † Reprobantur testes in causa propria cum dominum ⁊ emolumentum spectet ad eos, vt ff. quando appel. sit. l. j. ℌ. in propria. nec iudex esse potest. C. ne quis in sua causa. l. j. nec arbiter, vt C. de arbit. l. vlti. sic nec testis. vt C. de testi. l. omnib⁹. Jn causa tamen vniuersitatis, communis ⁊ ecclesie, monachi, licet cōuersi, ferunt testimonium pro eis, quando non est causa propria vt ff. quod cuiusque vniuers. no. l. sicut. ⁊ de l. ius voc. l. sed si hac. ℌ. qui manumittitur. xiij. quest. ij. ca. super prudentia. ⁊ extra de testib. c. insuper. ⁊ c. cum nuncius. ¶ † Venditor non testificatur pro emptore, nisi remissum sit onus euictionis ei, nec creditor pro debitore in causa pignōris, quia propria est causa ipsorum, vt ff. de appellatio. l. ab executore. ℌ. alio condemnato. ⁊ ff. quando appellan. sit. l. ij. ℌ. sed si alius. quam. Fideiussor testificatur pro debitore, quando non est propria causa, quia regressum habet actione mandati contra debitorem. vt extra de fideiuss. c. vlt. ⁊ C. mand. l. si fideiussor. ⁊ C. de fideiuss. l. si creditor. Sed debitor nō testificatur pro creditore, nec tutores, curatores negotiorum gestores, procuratores economi testificantur pro dominis ipsorum, nisi secundum vnam exceptionem, quam facimus. ff. de testib. lege mandatis cauetur. Sed nec iudices, nec arbitri in causis quas recipiunt in mādatis: nec aduocati in causis quas recipiunt aduocandas. licet quidam dicant contrarium. ⁊ intelligant nomen executoris stricte. Nos distinguimus quod durante officio predictarum personarum testes esse non possunt, ne animose testificari videantur, post finitum officium possunt, ne cum in vtrunque festinant neutrum bene peragāt. C. de assel. l. fina. ⁊ ne rerum mistura turbetur officio. C. de testib. l. consultra. † Reprobātur testes, si sint singulares. vt extra de elec. c. cuz dilectus. Nā annotatione vnius testis nō pronuntiatur, ⁊ si clare dignitatis honore prefulgeat. vt C. de testib. l. iurisiurandi. nisi modica sit summa ⁊ inopia probationum sit vt C. de re cre. l. iurisiurandi ⁊ l. in bonefidei. Sed fallit in causis ciuilib⁹, ⁊ canonicis, quod stetur dicto vnius testis. in quibus hoc nō procedit aliquando, quod non prosequor nunc, ne fastidium generem ⁊ quia hic tantum tractamus de testiuz reprobatione. nō de ipsorum admissione, licet aliqua intendamus dicere ad remedium rudium, ⁊ prouectorum vtilitatem. Reprobantur † testes in causa communi, quia consortes, ⁊ socij non possunt testificari in causis sociorum: quia testificantur in causa propria, quod prohibitum est, vt supra diximus, ⁊ argumento. ff. de ritu nuptia. l. illud. Reprobantur si sunt † participes, ⁊ socij criminum. C. de testibus. lege, quoniam. ⁊ extra de testib. capit. veniens. quarta questione tertia. capitu. si testes. versicu. item liberi ⁊ C. de accusa. l. finali. in fine. Reprobantur † si sunt obscuri ⁊ ignoti: vt in auth. de testib. ℌ. sancimus. possunt tamen cum tormentis admitti. Sed an iuder possit compellere testez, vt dictum suum determinet, ⁊ declaret? Certe sic. ante publicationem, ⁊ post. vt extra de testibus cogend. capitul. preterea. xxv. questio. vj. de parentela. Quod enim obscure dicitur, pro non dicto habetur. vt ff. de his que pro nō scriptis. l. secunda. ⁊ ff. de inter. act. l. de etate. ℌ. nihil. Et obscurum dictum scriptum, pro non scripto habetur vt ff. de his que pro non script. l. secunda. Item si necessarie. interrogationes sint omisse. iterum interrogantur testes. vt extra de testib. c. per tuas. ⁊ ibi Jnnocē. not. Item si testes obscure deponant, vtrum interrogentur ante

apertur am, vel post, dic vt extra de testi. c. cum clamor. Sz quid
18 si testis † sponte reuersus ad iudicem velit mutare dictum suum
in totum vel in partem, debet ne audiri, si cum aliqua ptium nõ
fuerit locutus. Et de hoc queret iudex, an fuerit locutus cũ par-
te, ꝛ si non fuit locutus admittet iterato dictum suum, ꝛ stabitur
vltimo dicto suo, vt ff. de hered. insti. l. si ita scriptum fuerit Li-
thasius. in princip. ꝛ l. Stichus imo pamphilus. ff. õ manu. testa
mẽ. ꝛ ibi de hoc. Et dic vt in corpore authen de testi. §. quia ve-
ro. in gl. mag. super verb. non habebit que incip. imo videtur. ꝛ
19 extra de testi. c. per tuas. ꝛ no. in d. c. cum clamor. † Reprobantur
si causam sui dicti nõ dixerint. siue nõ reddiderint: quia dicitur
attestatio indiscreta, ꝛ nuda, vt C. de testi. l. solã. ꝛ C. de edic. di-
ui Adri. tollen. l. fina. ꝛ ff. de transactio. l. cum hi. ꝛ ff. de probatio.
l. cum de indebito, ꝛ l. nuda ratio. ff. de dona. quia nuda ratio nõ
facit aliquem debitorẽ. Et hoc est verum, si de causa fuerint in-
terrogati. aliter non tenentur reddere rationem sui dicti, quia
testis nõ debet esse verbosus. vt C. de pcib. Imper. offe. l. instru
mentorũ. Sed an teneatur iudex parti ad interesse. quia de cau-
sa non interrogauit? Quidam dicunt, quod sic. arg. C. eo. l. si quã
do. in fi. ꝛ C. de offi. prefec. ptor. l. si quos iudices. Nos distingui
mus, quod si iudex propter multas occupatiões sui officij ꝛ op-
pressiones subiectorum, siue subditorũ nõ potuit testes exami-
nare: quia pluribus intentus minor est ad singula sensus, parci
tur sibi, alias tenetur, quia cum diligentia testem examinare de
buit, vt dixi. C. de testi. l. nullum. ꝛ argu. extra de testib. c. cum cla
mor. ꝛ ibi per Innocen. ꝛ xxvi. q. j. c. presbyteros. facit l. hac con-
sultissima. §. at cum humana. C. de qui testam. face. Reproban-
20 tur † si sint inimici eiusdem, contra quem producũtur, si dicatur
testis odios⁹, qꝛ criminalis lis fuit inter eos mota, ꝛ hec appro-
bantur, vt non antea audiatur, quã de crimine iudicetur. Si ve-
ro ex lite pecuniaria procedat receptio testis tẽpore disputatio
nis reseruet, ne talibus testibus fides adhibeat. Multa legunt
C. de testib. l. quoniam liberi. ꝛ in authẽ. si testis dicat, super ipsa
lege signata. extra de testi. cap. vlt. dic de hoc vt in authen de te
21 stib. §. si vero odiosum. † Reprobantur testes, si falsa testimonia
proferunt vnum pro alio dicunt quia falsitas est mutatio verita
tis, vt C. de testi. l. nullum. vbi dicit quorum voces falsitate care
re non prospexerint, vt in authen. de fide instrumen. in princ. ꝛ
22 de hoc mẽbro. j. dicemus copiosus. † Reprobantur, si promissio-
ne pecunie, vel donatione verũ, vel falsum tulerint testimonium
vt C. de test. l. si quis testibus. ꝛ xiiij. q. v. can. non sane. nec enim
vltra factas expensas testes recuperare debent, vt C. de testi. l.
quoniã liberi. ꝛ quarta. q. iij. can placuit. ff. de testi. l. testiũ. §. Sa
bino, nec iudices ordinarij vel delegati vltra recipiunt, nisi in
fraudẽ, vt extra de vi. ꝛ hon. cle. c. cũ ab omni specie mali. ã vt
ne scrutetur, quicquam recipere non debent, vt ff. de condictio.
23 ob turp. cau. l. secunda. ꝛ l. mercalem. cum similibus. † Reprobã-
tur si non dicant veritatem, qꝛ non minus falsitatem cõmittunt
qui veritatem occultant quam qui exprimunt falsitatem. Pec-
cant enim mortaliter religiosi, vel quicunqꝫ alij, si vocati ad testi
monium veritatem celauerint. vt xj. q. iij. cano. non solum abne-
gat. ꝛ can. seq. ꝛ xxij. q. j. can. predicãdum. ꝛ vigesima secũda que-
stione secunda. c. primum ꝛ capitale. Et maxime peccat, qui me-
tu alterius veritatem tacet. Unde August. Quisquis timore ali
cuius veritatem celat, iram Dei super se prouocat, quia non ma
gis timet Deum, quam humanã naturã. Et post pauca, Reus
est vterque, ꝛ qui veritatem occultat, ꝛ qui mandacium profert,
quia illa prodesse non vult, qui nocere desiderat, vt xj. q. iij. c. qi-
24 quis metu. Reprobantur, † si aptiora, ꝛ proximiora veri testimo
25 nia non protulerint, vt ff. de testib. l. ob carmen. Reprobãtur, † si
vnum ꝛ eundem sermonem premeditatũ pronunciauerint vt ff.
de testib. l. testium. §. ideoqꝫ diuus. Et ideo male faciũt tabellio
nes, qui non scribunt dictum testis extensum ꝛ longum, vt ipse
testis dixit, volendo euitare laborem. Et si dicit notarius ĩ suis
scripturis, talis testis dicit idem quod talis, male facit, ꝛ mul-
to deterius dicit, cum interrogando testem scribit, dixit vera
esse que in articulo continentur, quia iudex debet sermonem, et
vocem testis considerare, ꝛ constantiam, ꝛ trepidationem, vt ff.
de questionibus. l. de minore §. plurimum. l. denunciare. §. secũ-
do. Item reprobatur dictum testis, si est repetitum, vt v. quest.
quinta. cano qui ambulat. §. sed aliud est. ꝛ iij. questione tertia.
can. si testes. § in testibus considerãdũ. Item habet etatem, vt
de se loquatur, vt de consecra. distinctio. quarta. cano. cum pro-
paruulis. ꝛ caute subiunxit lex dirigendo sermonem ad sempi-
ternum iudicem, tu magis scire potes. quanta sit fides testibus
adhibẽda, vt ff. de testib. l. testium. ꝛ dicta lege, de minore. §. tor-
menta. not. in lege, vir bonus. ff. de iudic. soluẽ. not. in lege. cete-
re sunt cautiones. §. j. ff. familie erciscunde. ꝛ in lege, continuus.
§. cum ita. ff. de verborum obligatio. cum similibus. Reproban-
26 tur testes, si vnus dicit de vna re, alius de alia, quia singula-
res sunt in omnibus suis dictis, vt extra de elect. ꝛ c. cum dile-
27 ctus, ꝛ extra de proba. c. licet. Reprobantur † ratione persona-
rum, quia vnus dixit de vna persona alius de alia, vt extra de
consi. ꝛ affinit. c. tua. ꝛ argu. l. ad probationem. C. de probationib.
28 † reprobantur ratione computationis gradus parentele. xxxv.
29 q. vi. de parentela. illa. ij. † Reprobãtur testes ratione diuersita-
tis locorum, vt quia si vnus dicit fuisse factum maleficium, vel
commissum, vel perpetratum in vno loco, alius dicit in alio,
exẽplo Danielis, quando interrogauit testes, ꝛ vnus dixit sub
pinu, alius dixit sub ficu. Nã de loco testis dicere debet, vt arg.
ff. de contrahenda, ꝛ committen. stipulatio. l. optimam. ꝛ ff. de
accusatio. l. libellorum. ꝛ Institu. de inutili stipulat. §. item ver-
borum. ꝛ C. de accusatio. l. in causis. ꝛ glos. ordi. in cap. quoniam
30 contra de probationib. Item reprobantur † testes si deposue-
rint, ꝛ iurauerint in ecclesia, vt extra de immunita. eccle. c. de-
31 cet. libro sexto. ꝛ ibi est glo. in argumen. † Reprobantur ratione
temporis, si vnus dicit de vno tempore, alius dicit de alio tem-
pore, vt tertia questio. ix. c. nihilhominus. Sed an de tẽpore sit
interrogandus testis? Azo dicit quod non. Sed si esset suspe-
ctus, tunc iudex debet interrogare, ꝛ studere vt testem capere
possit in sermone, querendo si tempus erat nebulosum, vel cla-
rum, quando hec acta fuerunt, qualiter erant induti, vel calcea-
ti delinquentes, quid habebant in capite, ꝛ qui consules erant
tunc, vel quis tunc erat Imperator, ꝛ quo anno. ꝛ quo mense se-
cundum vnam lecturam que legitur. ff. ad Sillanian. l. prius de
familia. quo anno admisit. Sed nos credimus de tempore esse
querendum, ꝛ si dixerit, bene quidem, ꝛ si non dixerit, aut anti-
quum est negotium, vel pactum, ꝛ simile, ꝛ tunc non est curan-
dum, quia omnium habere memoriam, ꝛ in nullo penitus pec-
care, ꝛc. C. de vete. iure enucleando. l. tanta. §. si quid autem in
tanta legum compositione. quia non omnes in omnia, sed certi
per certa, vel meliores vel deteriores inueniũtur: vt C. de vete.
iu. enucle. l. j. §. cumqꝫ hec materia. ꝛ ff. de pba. l. si arbiter. ꝛ ideo
testes ex tractu temporis a veritate variare solent. l. iij. §. aliud
autẽ cause cognitio. ff. de carbo. edi. ꝛ ff. de dam. infe. l. qui hõs. §.
vlti. Si recens est, ꝛ nouũ, tunc vitiatur testimoniũ eius, si de tẽ-
pore interrogatus non dixerit, nisi esset talis homo, qui filium
suum, ꝛ familiam suam ignorat, que est crassa, ꝛ supina ignoran-
tia, vt C. de here. instit. l. vlt. Has diuersitates superius declara-
tas vno versic. comprehende, Res, persona, locus, gradus, his
placet addere tempus. Sed hec dicuntur vera in facto non ite-
rabili, vt in homicidio eiusdem hominis. In facto reiterabi-
li, vt est adulterium, diuersitatem temporis, vel loci dicerem
non nocere. Nam ꝛ si testes in his variant, vt non probent illud
adulterium propter diuersitatem loci, vel temporis, probant
tamen adulterium contra quem producuntur. Sed hoc repro-
batur Danielis exemplo, ꝛ reprobatur extra cap. ex tenore.
de testibus. ꝛ ibi not. talis enim diuersitas in tempore non no-
cet, vt si vnus dicit in die dominico, alius dicit in hora nona
illius diei, quia dictum secundi comprehenditur sub dicto pri-
mi, sicut habetur de tribus arbitris, si vnus dicit de duplo, a-
lij de decem, omnes cõsentiunt in decem. vt ff. de arbitr. l. diem
proferre. §. si plures. nam quod pluris est, vtique [illegible]
de iniurijs. lege, in furti. Sed esto quod testis dicat de domo in
alia aula, vel quid aliud de domo, aliud dicit de camera, idem
erit. Item in facto durabili non nocet diuersitas temporis, vt
si vnus dicat se vidisse episcopum, vel presbyterum in hora ter-
tia canere missam, alius dicit in hora sexta. missa enim tan-
32 tum durare solet. Sed † quid si vnus interrogatur de decima,
ꝛ dicit decimam fuisse solutam, interrogatus quid viderit solui,
respondit fabas, alius dicit sicera, nunquid probat decimam
fuisse solutam? Respon. non, quia in rebus discordant. De di-
uersitate autem ipsorum plene not. quarta. q. iij. item in crimina-
33 li, in glo. magna. Sed vt materiam plenam † ꝛ perfectam ha-
beas tibi traditam a maioribus nostris, in hoc opusculo prese-
ti tradimus, ꝛ inserimus breuiter. Et sic breuiter duximus di-
stinguẽdum. Si testes, quos ego induco, varia ꝛ diuersa propo-
nant erunt singulares in suis testimonijs singulariter, vt extra
de electionib. c. cum dilectus. ꝛ ca. in Genesi. ꝛ c. bone. ꝛ de pba.
c. licet. ꝛ de appellationib. c. solicitudinem. ꝛ ff. quando appel. sit
l. ij. C. de furtis. l. prima. ꝛ C. de mu. patri. l. professio. lib. x. Sed si
quidam de testibus meis dicant pro me, quidam pro aduersa-
rio meo, iudex considerabit numerum, ꝛ conditionem illorum
qui dicunt pro me, ꝛ aliorum qui dicunt pro aduersario, ꝛ qui di-
cunt verisimiliora, ꝛ negotio aptiora, vt quarta q. iij. cano. si te-
stes. §. item sepe. Si vero induco testes meos pro me, ꝛ tu
tuos pro te, ꝛ testes tui dixerunt contraria his qui dixerunt
testes mei, tunc considerabit numerum, ꝛ conditionem meo-
rum, ꝛ tuorum ꝛ qualitatem dictorum ꝛ sic prefert meos tuis, ꝛ
tuos meis, ꝛ si omnia paria inueniuntur, quod difficile est,
tunc

tūc interpretabitur iudex ex officio suo, si interpretari potest, ⁊ tunc pōt absoluere reum, vt extra de probat. c. ex literis. ⁊ ff. de re iudic. l. inter pares. ⁊ ff. de regu. iuris. l. libertus. ⁊ xij. questio. ij. c. cum redemptor noster, ⁊ ff. de inoffic. testamen. l. si pars iudicātium. ⁊ xxx. q. j. accep. si qs acceperit, vnde versus, Testamentūm coniugiūque si sunt equales qui producuntur vtrinqꝫ. Re-
34 probantur testes, ⁊ tanquam falsarij puniunt, qui dixerunt vnū pro alio in dicendo, ⁊ varie, ⁊ quicquid in vno suo dicto dixerūt de testimonio, in alio negauerunt, vel pluribus reuelauerunt dicta sua, vt ff. de test. l. qui falso, vel varie. ⁊ C. de testibus. l. nullū. De hac varietate diximus in precedenti questione. Reproban-
35 tur testes, si sunt† vsurarij, ⁊ in peccato mortali constituti, ⁊ vsurarij sint infames canonica infamia, ⁊ non iuris ciuilis. Unde in terris ecclesie suppositis in temporalibus, ⁊ spiritualibus obtinet quod hic diximus. In alijs autē prouincijs dicēdū aliud videretur, ⁊ iura sunt ad hoc paratissima, secunda questione vij. c. testes. iij. q. vij. can. infames. ⁊ ī authē. de eccle. tit. ⁊ extra ð appel. c. si duobus. Sed tu oppones mihi, quod nullus poterit testificari, cum pauci homines aut nulli inueniantur sine mortali peccato, ⁊ sic probationū facultas angustabit, ꝙ esse non debet, vt C. heretic. l. quoniam. Sed responderi potest quod si isti tales sumant penitentiam antequam testificentur, quod omnia peccata in confessione lauantur, quia quilibet tenetur in anno semel saltem sumere penitentiam, vt extra de pen. ⁊ remis. capi. omnis vtriusqꝫ sexus ⁊ corpus Christi, alioquin denegantur sibi ecclesiastica sacramenta, ⁊ sepultura, vt dicit dictum capi. omnis, qð sing. no. ⁊ no. in l. testium. §. lege Julia. in gl. in verb. impubes. ff
36 de testib. Reprobātur testes† suspicione qualibet, quia iudex recusatur, quia tanta fides non adhibetur imo dicunt quidam, nec aliqua fides, vt qui sunt suspecti in iudicando, sint suspecti in testificādo, cum par sit suspicio, q? istud est generale quod omnes testes ⁊ iudices debent esse sine suspicione, vt secunda. q. vij. cā. testes. ¶ Cause propter quas iudex vt suspectꝰ recusatur, sunt iste, vt si iudex sit suffraganeus litigatoris, alteri parti merito est suspectus, vt extra vt lite non contest. c. accedens. el secūdo. Item si a iudice appellatum sit in alijs, merito est suspectus, vt extra de appellat. c. ad hec. ⁊ cap. vt proposuit. Item si iudex habet familiaritatem cum litigatore, vt quarta. q. v. c. accusatores. ⁊ extra de offic. ⁊ potesta. iud. deleg. c. insinuāte. Qui autem sint familiares, dixi supra. Item si est affinis. l. lex Cornelia. in prin. ff. de iniur. Item si litigatores fuerunt homines iudicis, vt ff. de offi. pref. l. senatusconsulta. Item, si consanguinitate aliqua iungatur iudex litigatori, vt extra de appellatio. capitu. postremo. Item, si est excommunicatus, vt extra de offic. delega. capitulo, cum Canonicus. Item, si iudex habet similē causam, vt extra de iud. capit. causam que. argumen. ff. de excusati. tuto. l. pro-
37 pter litem. Reprobantur, † si recipiantur iterato super eisdem articulis ꝙ fieri non potest, vt ff. de testib. l. produci. ⁊ extra ð te-
38 stib. capit. cum venisset. Reprobantur† testes si sunt conuicti in alia causa, falsum testimonium protulisse, ⁊ deposuisse. Presumuntur enim ꝙ nūc falsa deponunt, vt ff. de accusatio. l. si cui. §. eisdem. not. in lege, non omnes. §. a barbaris. ff. de re milit. Re-
39 probantur, si† contra te testificati sunt ⁊ nunc pro te vis producere quod non potes, quia subornati presumuntur secundum
40 vnam expositionem dicte legis, produci. ff. de testi.† Reprobantur testes statim postquam didicisti testificata, ante labentē dilationem post primam, secundam ⁊ tertiam dilationem, ⁊ postquam terminus datus ad probādum est elapsus, nisi docueris te fuisse impeditum, quominus producere potueris. ⁊ si concluseris in causa, ⁊ testium productioni renunciaueris, vt ff. eodem lege vlti. ⁊ C. de testi. lege, si quādo. ⁊ in authen. sed ⁊ si qs
41 aliquo. ibi posita.† Reprobātur testes si secrete ⁊ sigillatim non deposuerint secretum iudicis intrando, vt C. de testibus. l. nullum. Fallit vt quidam dicere voluerunt, quando testes recipiuntur ad perpetuam rei memoriam, quia tunc publice testificari possunt, ⁊ partibus presentibus, vt extra de testibus. capit. significauit. ⁊ not. domi. Hugo in Sum. vt lite non contesta. §.
42 sunt ⁊ alij casus. Reprobantur, † si a iudice non recipiantur, vel ab alio eius mandato, cum ipse impeditus receptioni interesse non potest: vt C. de episcop. ⁊ clericis. authēti. sed iudex, ⁊ extra
43 de officio delega. capi. super questionum. Reprobantur† testes. si recipiantur lite non contest. quia regulare est: quia nec ad diffinitiuam sententiam, nec ad receptionem testium procedi potest lite non contestata: vt in authēti. de testi. §. pen. ⁊ extra vt lite non contestata per totum, nisi in incidentibus, ⁊ emergentibus, ⁊ quando contingit iudicem facere inquisitionem, vt cum testes ad perpetuam rei memoriam publicantur, vt in famoso teste: licet omnia, plenius explicantur. C. de iudic. l. properandum. ⁊ C. quomodo ⁊ quando iudex. authenti. qui semel ⁊ not de hac materia, C. qui ad ecclesiam confugi. authenti. presente

44 Reprobantur testes, † si deficiunt in numero, quādo fuit certus numerus designatus, ⁊ introductus, vt in testamentis, vbi sunt necessarij septē testes: vt C. de testi. l. hac cōsultissima. In cōdicillis quinque, vt C. de codic. l. vlt. Et ī debito, qð celebratū est in scriptis, ⁊ debitor vult partem illius debiti, vel totū soluere creditori, vbi sunt quinque testes necessarij. In donatione etiā causa mortis, vbi sunt quinqꝫ testes necessarij, vt ff. de don. cau. mor. l. vlt. alias vbi numerus testiū non adijcitur, duo sufficiunt
45 vt ff. de testi. l. vbi. Reprobantur† testes, si nō sunt rogati, vt in confectione testamenti, ⁊ in creditoris confessione dicentis sibi solutam pecuniam, vt in auth. rogati. C. de testi. ⁊ in diuortio, vt instit. de milita. testa. §. plane. ac testamenti apertione: vt C quē
46 ad. testa. aper. l. j. Reprobantur† testes voluntate illius contra quem producuntur coram arbitro. C. de testi. l. vlt. Reprobātur
47 † testes in omnibus casibus in quibus oportet probari per scripturam, ⁊ non per testes, qui casus multi sunt, in quibus non valet probatio facta per testes: sed necessaria est scriptura. In primis in emancipatione, vt. C. de fi. instru. l. emancipatione facta. ⁊ ibi dixi. C. de emanci. lib. l. vlt. Item cum salarium datur aduocato pro patrocinio suo: vt. C. de suffr. l. vnica. Item in contractu celebrato ab ecclesia: vt in auth. hoc ius porrectū. C. de sacro san. eccle. Item in testamentis in scriptis habitis, ⁊ codicillis: vt C. de testa. l. hac consultissima. Item in sententijs diffinitiuis ⁊ inter locutorijs que in scriptis sunt proferēde, vt C. de sent. ex breui. re. l. ij. ⁊ iij. Item in contractu emphyteutico: vt C. de iure emphy. l. ij. Item, cum vadit clericus extra prouinciam, qui literas testimoniales ferre debet alias fides non habetur quod sit clericus, vt C. de episco. ⁊ cler. l. si qua per calumniam. Itē cum dicit aliquis se habere mandatum super iurisdictione aliqua, vel negotio a domino Papa, vel Imperatore, sacras literas debet habere alias non creditur ei: vt C. de mand. princip. l. i. ⁊ extra de officio delegati. cum in iure peritus. Item in donationibus insinuandis, que excedunt libram auri, ⁊ in omnibus causis, in quibus est necessaria authoritas iudicātis prestari, vt in emancipatione, ⁊ tutorum, ⁊ curatorum dationibus, ⁊ inuentarijs faciendis, ⁊ in singulis actis scribendis. Item in alienatione rerum minorum, vt extra de probatio. c. quoniam contra falsam. C. arbitrium tut. l. fi. C. de administ. tuto. l. lex que tutores ⁊ Institu. de adoptio. §. ij. ⁊ iij. C. de donatio. l. si quis argentum. §. sancimus. Item in protestationibus fiendis ne tempus currat alicui, ⁊ ad interrumpendas prescriptiones: vt C. de epico. audien. l. si presens. ⁊ l. vlti. ⁊ C. de annali except. l. vt perfectius. Et in quodam alio casu qui legitur C. si minor se maio. dixerit. l. si circumueniendi causa alterius. Potest tamen in omnibus iupradictis, ⁊ in alijs etiam quando specialiter hoc actum est, vt non valeat aliter contractus nisi scriptura interuenerit, vt C. de testi. l. testium. ⁊ C. de fide instrumen. l. contractus. cum minori numero illorum quos scriptura exigit vt diximus supra ⁊ no. in l. emancipatione. C. de fide instru. ⁊ C. de bonorum possess. l. bonorum. ⁊ extra de sentent. ⁊ re iudic. in cap. si dicat, ⁊ omnia
48 not. ibi. Reprobantur, † ex quo probatio nō releuat producentem, quia articuli non faciunt ad causam, vt C. de probationib.
49 l. ad probationem. Reprobantur† testes, si producantur testes extra, vel super quibus non est actum, vt argumen. ff. de petitio. hered. l. si quis libertatem. ff. de iureiurando. l. si duo patroni, quia de qua re cognouit iudex, de eā pronūciare debet, vt ff. de iudicijs. l. de qua re. ⁊ l. solemus. ⁊ l. non potest. ⁊ ff. famil. erci-
50 scunde l. vt fundus. ff. communi diuidundo. Sed queritur † an testis debeat interrogari de facinoribus suis si furtum, vel dolum, vel rapinam commiserit, vel si sit excommunicatus, ⁊ de alijs causis que tanquam infames de iure probantur, cum multe sint vt dixerunt quidam: Et dixerunt quidam quod non: quia non sunt ad hoc producti. Nam super alijs non debent testificari, nisi super his, super quibus sunt producti. ⁊ si super alijs deponant non tenent eorum testimonia, per iura superius allegata. Alij dicunt, quod non debent interrogari, sed si interrogentur, ⁊ confiteantur aliquid non tenet, vel valet quod preiudicet eidem: vnde illud, per patientiam multa toleramus: ⁊ illud, multa fieri non debent, facta tamen tenent, ⁊ multa a principio non tenent, que tractatu temporis conualescunt. Alij distingunt inter testes malitiosos, ⁊ male fame, vt infamia facti notati interrogentur, alij non: Nos credimus interrogandos, quia iudicem oportet cuncta rimari vt xxx. q. v. cano. iudicantem. ⁊ C. de iudic. l. iudices. ⁊ in auth. iubemus. ibi signata. Nam interrogandi sunt testes de omnibus circūstātijs, an sint honesti ⁊ ð alijs, vt iiij. q. ij. ⁊ xxij. q. viij. occidit. in fi. ⁊ de peniten. distinctio. prima. can. aut facta, ⁊ extra de testibus. capit. cum causam. Repro-
51 batur† effrenata multitudo testium per ipsum iudicem refrenata saltem vsque ad quadragenarium numerum ⁊ terminata, vt extra de testib. cap. cum causam. ⁊ extra de probatio. c. licet. ⁊ ex-

tra de le. exc. mini. c. latores. Et hoc intellige numerum minuē
do, secundum magnitudinem cause, ⁊ paruitatem. ⁊ qualitatem
personarum, dicunt. xlv. distin. can. disciplina. non enim quadra
genariꝰ possunt conueniri ex illa generali clausula rescripti. ex-
tra de rescrip. cap sedes, sed hoc est magis, ne conueniantur ex
clausula generali, quidam aliꝰ quod determinat per d. c. sedes.
Jnnoc. per quod capitulum quatuor testes debent interuenire
52 pro vnoquoq; articulo. ℜReprobãtur testes, si eorum† dicta nõ
sunt redacta in publica monumenta seu formam, vt extra de te-
stibus capitul. licet. ⁊ C. de fide instrum. l. iudices, ⁊ authen. ius-
53 bemus. ibi signata. ℜReprobantur testes† vt nõ compellatur gs
testes vel instrumenta contra se, vel sibi nocitura producere. vt
C. de testib. l. nimis graue. C. de eden. l. j. ⁊ lqui accusare, nisi i ca
su qui est notatus, cum preses conuenitur finito officio. Cõpel-
litur eñ exhibere iudices ⁊ alios domesticos, ⁊ familiares suos
quos habuit in officio, forte vt conferant testimonium de his q̃
cõmissa sunt in officio vt C. de assel. l. prima. ⁊ no. in l. cõsensu. C.
54 de repud. ℜReprobantur testes, † qui velut inuiti compelli nõ de-
bent contra volũtatem ipsorum ferre testimonium, sicut sunt se
nes, valetudinariꝰ, milites ⁊ quicunq; magistratus qui Reipu
blice causa absunt, vel ÿ. quibus non licet venire ad publicũ vel
qui in exercitum annonam conducunt, vt ff. de testibus. l. inuiti.
Senes intelliguntur qui compleuere septuaginta annos, sicut
in excusatione tutele, ⁊ publicorum munerum obseruatur, vt ff
de iur. immu. l. ÿ. ⁊ C. qui etate se excus. l. vnic. Quidã male glos-
sauerunt dicit hoc forte in valetudinariꝰ ⁊ infirmis mittere sa
cramentũ eis ad domum, sicut alias fit in iuramento necessario,
⁊ iudiciali, vt ff. de iureiurã. l. ad personas egregias, cum simili-
55 bus. † ℜReprobãtur proxenete ferre testimoniũ, nisi vtraq; par-
te presente, ⁊ consentiente perhibeãt testimoniũ, possunt tamẽ
admitti si volunt, vt in authẽ. de testib. ℌ. quoniã verõ legẽ pro-
posuimus. cõtra in decre. noua. de testib. li. vi. c. mediatores. que
56 loquitur in simonia ⁊ ibi not. ⁊ quis dicatur proxeneta, dic vt in
seq. articul. ℜReprobantur† hermaphroditi, vel non compellun-
tur, ℨ qualitas sexus cõsideratur, vt ff. de testib. l. repetundarũ,
⁊ l. ex eo. Hermaphroditus dicitur qui vtrunque sexum habere
probatur. vt ff. de statu hominum. l. queritur. Proxeneta est, qui
interest hominibus laudandis, ⁊ tanquam mediator interuenit
inter contractus. ⁊ ipsos ad concordiam reducit. vt ff. de proxe.
57 l. ÿ. ⁊ vlti. ℜReprobantur† testes ferre testimonium ratione admi
niculi sanguinis, ⁊ parẽtele. Unde liberi ⁊ parentes descẽden-
tes, ⁊ ascendẽtes vsque in infinitum testimonium inter se ferre
nõ possunt. vt C. de testib. l. parẽtes. Fallit in casibus, quod pa-
tet in filiosa. testamentum faciente ante manumissionem quod
pater potest esse testis. vt ff. de testamẽ. l. qui testamento heres.
Professio vero matris est recipienda cũ queritur de etate filio-
rum, non vt testis sit, sed vt ex eiusdẽ responsione iudex melius
inuestiget veritatem. ⁊ ita intelligitur. l etiam. ff. de proba. ⁊ ad
hoc. nÿ. q. ÿ. can. si testes. x. q. v. itẽ testis. ff. de testib. l testis ido
neus. Jtem fallit casualiter, vt cum queritur de etate, ⁊ natiuita
te filiorum, vt extra qui filÿ sint legitimi, cap. referente. ⁊ capit.
per tuas.

ANGELI ADDITIO.

b **Jtem cum** agitur[b] õ impedimẽto matrimonÿ, ra
tione cõsanguinitatis, ⁊ affinitatis, vt
extra de testi. ca. quoties. ⁊ extra de sentẽ. ⁊ re iudi. c. tenor. extra
qui matri accu. posset. c. vlti. xxx. que. vÿ. c. j. ⁊ ÿ. Si agitur ante
quam matrimonium fit contractum, vel non, tunc admitti vi-
deatur, scilicet cum matres testificantur. capitu. super eo. extra
de testi. Jn quo casu dicitur in ipso text. consultationi tue aliter
respondemus. quia cum mater filie incrementum videtur dili-
gere, ⁊ honorem vbi est vir potentior, ⁊ superior diuitijs potẽ-
tia ⁊ honore, ac nobilitate testimonium eius suspectũ esse vide
tur. Unde versus. Si qua vult apte nubere, nube pari. Jn crimi
58 nali non† cogitur ferre testimonium frater contra fratrem: sed
nec cogitur quis ferre testimonium contra socerum, generum,
vitricum, priuignum, sobrinum, sobrinã, ⁊ qui prioze gradu sunt
vel contra parentes patroni sui. Jtem nec libertus viri compel
c non est determinatum[c] a iure, relinquitur arbitrio iudicis, vt est videre de penis non determinatis a iure:vt ff.de pen.l. hodie.⁊ l.sanctio.⁊ ff.de effracto.l.j.sic ⁊ de tempore dicimus,quādo indeterminate profertur:vt ff.de iure delib.l.j.Possumus tamen doctrinam talem tradere quod astutus iudex debet solenniter instare ad indicia indaganda contra delatū ex aliquo crimine.Naz indicia sunt alijs probationibus proxima, ⁊ quasi demonstrantia veritatem ⁊ probationum adminicula ad indagandam veritatem,vt C.de probat.l.instrumenta domestica.⁊ l.fin. sunt enim indicia pars probationis clare:vt C.qui testamen. face.pos.l.hac consultissima.in princip.versicul. deinde. ibi, indicia,⁊c.Nam indicium dicitur ab indicando,vnde indicia,id est, demonstrantia adminicula ad indagandum veritatem,vt C.ad legem Iuliam de adult.l. qui adulterij fuerint accusati. ⁊ ff. de prescript.ver.l.solent. Querant quoque iudices,⁊ instanter indagent omnia cum quibus,et per que loca conuersabatur delatus, quem torquere intendit, quoniam mala conuersatio parit indicium:vt ff.de admi.tut.l.si plures oratores.§.assidue. Nam ex mala conuersatione bonus efficitur vitiosus:vt ff.de edil.edic.l.ediles etiam hoc prestare.§. Pedius.in fin.ibi, aleator forte,⁊c. ad idem dictum Philosophi. Qualis quisque est,talium consortio delectatur. Item considerentur loca, in quibus conuersabatur,quia secundum locorum varietatem varia colligitur coniectura:vt C.si manci.ita fu. alie.l. fina. ⁊ ff. de pen.l. aut facta.§.euentus.Item instet querere,si erat inimicus offensi, vel aliqua offensio euenerat inter eos: quia tunc erit presumptio culpe:quia inimicum de inimico male cogitare,⁊ facere,ius presumit:vt notatur ff.de his quibus vt indign.l. si inimicitie. ⁊ ff. de adi.leg.l.iij.§.final Item studeant inuenire, cuius existimationis ⁊ fame bone,vel male,⁊ qualis fuerit fama,⁊ opinio eius in ciuitate,talem eum presumimus,vt ff.eod.l.de minore.§.tormenta.ibi,vel existimationis,⁊c.ff.de rei vend.l.si a bone fidei. in princip.⁊ in authenti.de test.§.sancimus. Item,potest iudex indicia sumere ex constantia vel trepidatione vocis vel membrorum vel pallore,vt d.§.tormenta, locutio enim ⁊ constātia vel trepiditas cuiusque ideo animaduertenda sunt vel indagāda,quoniam multum confert ad indagandum veritatem, vt d.

§.tormenta.Item indaget cuius vite primo fuit, ⁊ an talia, vel similia,de quib.inculpatur ad presens facere consueuit. Nam de vno quoque bonum,vel malum presumimus, consideratis primo actitatis:vt ff.de re.mi.l.desertorē.§.is,qui ad hostes.ibi,inspecto vite eius precedentis actu.⁊ l.non omēs.§.a Barbaris. de re milit.⁊ de suspect.tut.l.tutor quoque.§.queri potest.Ex gestis enim preterite vite metimur presentia:vt C.de prepo.agentium in reb.l.j.§.si.lib.x.Itē si n fuerit ei minatus q̄m erit indicium,q operib.adimpleuerit,qd verbis profudit terrēdo.ex hominum enim dictis facta pensantur:vt C. si quis Impera. maledixe.l.vnic.⁊ ff.de supel.leg.l.Labeo.Itē considerandū est,an sit talis qui consueuerit.⁊ habuerit posse talia attētare.quod est no.digni:vt ff ad l.Iul.maie.l.si famosi.ibi,an potuerit facere ⁊ an quid simile fecerit,⁊c. Item si aufugerit,est indicium contra eum,vel si se absentauerit statim post, perpetratam maleficium, arg.in auth.de exhi.⁊ intro.re.§.si vero etiam.⁊ C.de asse.l cōsiliarios.cum si.Item testes recipiat super maleficio commisso in loco,vbi fuerat cōmissum,an in via,an de nocte,⁊ de voce publica ⁊ de fama,que alias fit circa probata coadiuuans, ⁊ faciūt indicium ad torturam,vt ff.de test.l.iij.§.eiusdem.ibi, alias veluti consentiens fame,ff.de flumi.l.j.§.fluminū.Ex multis allegationibus curiosus iudex potest indicia sumere ad informandū conscientiam pro eruēda veritate delicti. ¶ Demū restat[d] videre,
d quis sit effectus questionis. Et certe si idē absq; formidine tormentorū vltro quis confiteatur crimen. Dixerunt quidam antiqui, ⁊ quidam Mod. docto. eum non esse statim damnandum: sed debet iudex stare per diem,vel ad tempus secundum qualitatem criminis,⁊ persone conditionem, ⁊ interim facere representare reū corā se, ⁊ interroget an velit stare dicto quod dixit, an contradicere,vel reuocare,⁊ hoc ideo dicūt ipsi,quia confessio in criminali causa nō statim preiudicat, nec statim facit plenam probationez vt expresse dicitur C.de custo.⁊ exhib.reo.l.ij.⁊ ita intelligunt legem illā,que non distinguit,an formidine tormentorum,an sponte sit facta cōfessio,⁊ ita intelligatur ff.eo.l.j.§.diuus Seuerus.ibi,pro exploratis facinoribus.⁊ §. si quis vltro. Et sic dicebant isti interesse inter confessionem habitam in ciuilib.⁊ criminalibus. hoc interest,quia in ciuilibus non est opus perseuerantia,sed statim tenet:in criminalibus vero si vltro sine formidine tormentorum habita fuerit cōfessio, est opus perseuerantia,per predicta iura.vt iudex magis ponderate, ⁊ solertius in criminalibus , quam in ciuilibus procedat:nam vbi maius vertitur periculum,⁊c.facit.C.de fal.l.vbi falsi examen facit melius C.de penis.l.vt mirum.si ita tam varie,cum criminalia iudicialia cum ciuilibus quasi nullam habeant similitudinem, vt Institu.de pup.iudi.in princip.Tu dic contra. ⁊ hec est communis opinio. quod si quidem quis in se confitebitur crimen sponte, statim carcerabitur: ⁊ illico absque alia perseueratione vel confessione damnatur, vt l.cum reis. ⁊ l.qui sententiam. C.de pen.Et ita intelligo de custo.reo.l.si confessus.Non obst. §.diuus Seuerus.§.si quis vltro.quia intelliguntur in confessionib.habitis in tormentis.⁊ ita intelligitur l.ij.de cust.re.C.secundum veriorem lect.vt,patet in fin.de l.ij.ibi,vt iudicibus immodice seuientib.⁊c. Sed si in tormentis,vel formidine tormentorum.tunc non statur nec debet haberi pro explorato facinore, vt d.§.diuus.⁊ C.quo.app.non reci.l.ij.⁊ est ratio.vt ff eo.l.j.§. questio.ibi,etenim res est fragilis ⁊ perniciosa,⁊ que veritatem fallat,⁊c.⁊ tunc habet locum l ij.de cu.reo.vt iudex faciat criminosum ad se redire,⁊ querat vtruz velit in sua confessione perseuerare,an retractare:⁊ si perseuerauerit,tūc cōfessio valet, alias non,vt d.§.si quis vltra.⁊ d.l.ij.C.quorum appe.non recip.Sed
e quid[e] de questione quotidie occurrenti, Aliquis subijcitur questioni,confitetur contra alterum nunquid stabitur dicto suo? Et,distingue,aut torq̄tur simpliciter in alios vt in socios ⁊ non in se,tunc stat dicto suo cum alijs indicijs.vt iudex ex dicto torti ⁊ alijs indicijs ad condemnationem procedere possit, vt C.de asses.l.nullus.ad fin.ff.de quest.l.edictum.⁊ l.j.§.qui questionē. ibi,alterum enim magis suggerentis quam requirentis veritatem.Et idem Tullius in Topicis.ibi non tormentis, verubus,igne fatigari,que dicunt videtur dicere,saluo si dixerit de inimico,quia tunc non facile creditur:sed nec fides omnino detrahenda,sed causa cognita erit fides adhibenda vel non,vt ff. eodem.l.j.§.j.⁊ argu.ff.de testibus.l.iij.in princ.Aut torquetur in se ⁊ in alios,⁊ si nihil de se confitetur,habent locū.§.proxi.dicta,si confitetur de se ⁊ alijs,tunc secundū Accu.cuius opi.preualet,est inuenire regulam ⁊ instantiam a regula regulariter, super proprio crimine confessus super conscientia non scrutetur aliena: quia tortus de se non confessus debet interrogari de alijs, maxime de socijs, vt in l.repeti.§. is qui de se. ff eodem. ⁊ C.eodem.l.sicut,in principio,⁊ C.de accusa.l.fin.Et si de facto suo interrogatus,vel sine interrogatione dicat de facto aliorū,

nō statur dicto eius, qđ fallit in casibus, in quib⁹ de se cōfessus torquetur ⁊ de aliis interrogat. si tamē contra illos alia precedāt indicia. Primus casus in quibusdā latronibus. ⁊ maxime in his qui vt de se confessi torquendi sunt, ⁊ interrogandi de consociis ⁊ mādatoribus, ⁊ receptatoribus, vt ff. de cu. ⁊ exhib. reo. l. diuus Antonius ⁊ diuus Adrianus. ⁊ C. de fer. l. pe. Secūdus casus, C. de fal. mo. l. j. Tertius est ff. de exhib. re. l. fi. Quart⁹ de malefi. ⁊ mathe. l. fi. Quintus de seruo de nece domini in se confesso, vt torqueat ⁊ interroget quo mādāte, ⁊c. ff. ad Silla. l. pri⁹. ⁊ l. ⁊ si cert⁹ sit percussor. ⁊ est speciale, vt sentit ibi apparat⁹: vt ff. de qstio. d. l. repeti. §. is qui se. ⁊ ff. ad legem Aquil. l. proinde Nerati⁹. §. sed ⁊ si seruus. Et bene dixi, si aliqua precedūt indicia, qr aliter non debet interrogari de aliis: vt C. de questio. l. j. Item eius responsio non erit plena probatio contra illos quos inculpauerit, licet sit aliqua presumptio, vt in apparatu. d. l. fin. C. de accu. Sed nūquid propter istam talem presumptionē poterūt isti inculpati a torto poni ad tormēta? Respō. ꝙ sic in dictis quinque casibus exceptis: arg. preallegate. l. nullus. ⁊ arg. ff. e. edictum. ⁊ l. j. §. cum quis latrones. ⁊ arg. ꝙ idem in aliis, ff. eo. l. j. §. diuus Adrianus Calpur. in aliis vero non: vt C. de accu. l. fin. et ff. eo. l. is cui. Sed quid si persona inculpata a torto, sit homo male cōditionis, ⁊ fame, nūquid in aliis casibus exceptis supra scriptis actitatis poterit subiici questioni? Dic, ꝙ non de iure, eo qr non precesserunt indicia sufficiētia, nec inculpatio eius facta a torto inducit indicium, tamen interrogari debuerit: vt C. de accu. l. si ⁊ ff. de questio. l. is cui. ergo, quod inde sequitur tanquam factum lege prohibente non valet, l. non dubium. C. de legib. tamen de consuetudine videtur torqueri, pro qua facit ff. eod. l. j. §. diuus. Bar. Sed quid de questione quotidie occurrenti. Accusatur quis de furto indiciis precedētibus ad illud furtū, torquetur, ⁊ confitetur illud furtum, nunquid debeat procedi ad repetitionem torture vt indagetur et confiteatur de aliis furtis a se commissis, de quibus nulla habentur indicia? Dic, ꝙ non, iuris subtilitate, arg. eor que dicent. §. proxima quest. Pro ista parte est etiam, quia quātum ad ista furta, pro quibus in specie vel in genere nunc queritur, de nouo nulla procedunt indicia, ⁊ sine indiciis nemo torquendus est: vt C. de fal. l. sicut. ⁊ ff. de q̄stio. l. j. in princ. ⁊ l. maritus. sed de generali consuetudine Italie, quotidie seruamus contrarium, ⁊ specialiter in furtis: qr magis frequentantur: que consuetudo potest adiuuari, ff. de re mi. l. non omnes. §. a barbaris. ⁊ ff. de offic. presi. l. congruit. Sed quid de questione que quotidie locū habet, de aliquo semel habita questione sine aliquo nouo accidenti, nūquid potest? Videtur ꝙ sic, ff. eo. l. repeti. ⁊ l. nunc. §. j. que indistincte dicunt repeti posse. vbi lex nō distinguit, nec nos. ff. de publicia. in rem act. l. de pretio. ⁊ l. j. §. generaliter. ff. de leg. prestand. Tu dic, ꝙ non, sine nouis indiciis, vt si tortus dixerat nullum illa nocte iacuisse, vbi maleficiū fuerat commissum, postea inuentum est per testes, ꝙ alius ibi iacuit, certe hoc casu repetitur questio per dictum indicium. Simile dicit Odof. ⁊ hec est communis opin. non tamen allegatur aliqua lex. Tu alleg. ff. de verb. signi. l. boues. §. hoc sermone. ff. pro socio. l. socius pro filia. §. nec si prior. Assessores tamen honoris auidi hoc non seruant, imo quotidie repetunt questionē absque nouis indiciis quousque de obiectis criminibus audiāt veritatem. quorum opin. potest argumentis defensari, vt in auth. en. vt iud. sine quoquo suffra. §. oportet. ibi, iudices torquebūt fures ⁊ non prius quiescant, ⁊ c. Consideret autem bonus iudex in questione repetenda, quomodo tortus etiam animi ⁊ corporis fortitudinem perdurauerit: vt ff eod. l. vnius. §. reus. Quid si aliquis dum esset in tormentis nondum diceret, teneatis me in tormentis quantum vultis, quia si starem vsque ad decem annos nihil dicerem: quia in nihilo sum pollutus de obiecto crimine, et sic omnia diffitetur, nunquid statim de tormentis est relaxādus, ⁊ dimittendus ire vias suas? Certe non, sed procedatur ad torturam cum temperie vel asperitate, secundum conditionem criminis, et secūdū conditionem criminosi, ⁊ criminis qualitatem, ⁊ si c. fitetur, bene quidē: si aūt non, iudex debet eū retinere in carceribus. ⁊ si noua aduenerint indicia poterit questionem repetere. si autem noua indicia non aderunt, tūc statuet accusatori competentem dilationem ad probandum: ⁊ si poterit conuinci, condemnabitur, alias non: vt ff. eod. l. ii. §. i. ⁊ eod. titu. l. vnius. Sed quid de questione de facto quotidie occurrenti, criminis indicia precedunt, per que iudex informatus, potest procedere ad torturam. Dicit reus iudici, Domine iudex, detis mihi defensionem antequam ponatis ad torturam, quia sum paratus incōtinenti arguere contra indicia contra me recepta, nunquid audiendus est, ⁊ sibi defensio danda antequam reus torqueatur? Videtur, quod non, per l. iii. C. vbi se. vel cla. ibi, nec quas ante probationes iniurias patiatur, ⁊c. cum in illis personis in dignitate positis sit speciale, ergo videtur in ceteris; in contrarium erit ius commune. arg. ff. ad muni. l. j. in fi. nā primo actor probat ⁊ fundata intentione, reus opponit exceptiones, et defensiones suas: vt C. de except. l. siquidē. ⁊ C. de pbat. l. exceptionem. et sic primo debet fundari totaliter intentio actoris per testes, vel cōfessionem rei, antequā audiatur in sua defensione, vel exceptione. Tu dic, ꝙ contrarium est verum, scilicet quod primo sit danda defensio antequam torqueatur, maxime quando est crimen tale, quo probato non debet ad torturam procedi: et hoc illa ratione, quia a citatione, vel interlocutione facta a iudice quod quis torqueatur, appellatur, vt ff. de appella. recip. l. ii. que incip. ante sententiam. Et est ratio consideranda, quare a tali interlocutoria permissum est appellare, nam si defensio tolleretur propter torturam non posset postea recuperari detrimentum membrorum vt d. l. ante sententiam. nam etiam quandoque deficere solent in questione. ff. de pen. l. aut damnum. §. j. Preterea confesso dabitur sua defensio: vt C. de custo. ⁊ exhib. reo. l. ii. multo magis huic non denegabitur. Preterea videmus, quod iam damnato ex confessione facta in tormentis ⁊ perseuerāti princeps subuenit etiam post sententiam, defensionem sue innocentie concedendo ac sententiam retractando, si constiterit de innocentia condēnati: vt ff. eod. l. j. §. si quis vltro. Si igitur iam confesso ⁊ condēnato conceditur defensionis facultas, tanto fortius ante tormēta denegari non debet. Cum enim quod est plus conceditur, non debet denegari; quod est minus: vt dicit regula iuris. c. cui licet. de reg. iur. li. vj. Quid plura? legitur in iure expresse, quod quocunque tempore iudicii reo petēti defensio dāda est. l. vnius. ibi, quocunque tempore postulante reo, ⁊c. Sed quid de questione, quam sepe vidimus de facto. Testis fuit tortus ⁊ in tortura confessus: nunc ante sententiam dicit se errasse nunquid poterit reuocare errorem suum? Respon. aut est error facti, aut iuris: primo casu potest vsque ad sententiam. Et est ratio, quia non videtur fateri vt supra de confessis. l. ii. in princip. Item talis error non solet vsque ad sententiā obesse: vt C. de iuris ⁊ facti ignorantia. l. error. ⁊ facit optime C. quorū appel. non reci. l. ii. Nā cōdemnato ⁊ confesso in tormentis subuenitur; errorem suum siue ignorantiam docere volenti, ⁊ si ostenderit, absoluitur: vt ff. de questionib. l. j. §. si quis vltro. multo fortius debet iste audiri et errorem suum corrigere ante sententiam. Item iste non perseuerauit in confessione, ex quo non expectauit sententiam. Item confessus formidine tormentorum habitorum: vt C. quorum appel. non recip. l. ii. Si in iure errauit, tunc non potest venire contra confessionem: vt d. l. errorem. Sed quid si aliquis confessus est in tormentis ⁊ non perseuerauerit, nunquid ex tali confessione apparebit semiplena probatio? Videtur quod sic, vt in apparatu. l. ii. C. de custo. ⁊ exhib. reo. ⁊ ff. de questioni. l. j. §. diuus Seuerus. qui §. intelligitur in confessione torti, in qua non extitit perseueratū. Vel dic, ⁊ forte verius, qđ ibi perseuerati est, tamē talis cōfessis nec plenam nec semiplenam probationē inducit. qm̄ nullo modo confiteri, ⁊ cōfiteri formidine tormentorum paribus passibus ambulant, C. quorum appel. non recip. l. ii. Sed quid si al quis est tortus, nullis, vel non legitimis indiciis pro-
5 cedētibus? Dic, quod non, quantūcunque perseuerauerit in ea, vt est expressum. ff. eod. l. diuus. §. ex quibus. ⁊ l. maritus. ⁊ l. pe. secūdū vnam lectu. ⁊ argu. C. si ex fal. instru. l. iii. ⁊ iiii. Preterea hoc est de substantiali solennitate habēde questionis quod indicia precedant legitima, alias quis torqueri non potest cum a tormentis non sit inchoandum: vt ff. eod. l. j. ii. ⁊ iiii. ⁊ l. maritus. ⁊ C. eod. l. milites. quo deficiente, quicquid sequitur nullum videtur ipso iure, l. non dubium. C. de legi. ⁊ C. de fide instr. l. prima libro decimo. ⁊ ff. de in integrum restitut. l. diuus. C. de appellat. l. nominationibus. cum simil. ¶ Dictum est supra quod ex confessione in tormentis facta non preiudicatur, nisi in ea perseueratum sit sed est questio que dicatur in tormētis facta? Respon. facta in ipsis tormentis est cum ad pedem torture ducitur ligatis manibus, ⁊ terror inducitur a iudice ꝙ nisi cōfiteatur incontinenti subiici eum questioni. Certe non tenet talis confessio nisi in ea fuerit perseueratus, quia lex equiparat confessionem factam in tormentis, ⁊ extortam formidine tormentorum. ⁊ est notabile quod ibi dicit de formidine tormentorum, non autem dicit, in tormentis, quod ibidem sentit gloss. et argumen. ff. de iniuriis. l. item apud Labeonem. §. adiicitur. ibi, nuda ergo interrogatio, vel leuis territio. ⁊c. ibi, vel leuis fictio. ⁊c. ergo a contrario sensu non leuis territio habetur pro ipsa tortura. Et accedat quod legitur, quod sufficit terror armorum, si quis vlus non sit: vt ff. de vi ⁊ vi armata. l. ⁊ idem. §. si armati. Et equipollentia sunt, hominem gladio percutere, ⁊ stringere: vt ff. ad legem Corneliam de sica. l. j. §. diuus. et facit ff. ex quib. cau. mal. ii. ⁊ C. quod met. cau. l. metum. Sed quid de quest. ista, continetur in statuto ciuitatis quod quis nō possit torqueri, nisi in certis casibus. Potest honoris auidus, extra illos casus concessos

los per statutum, velit eruere veritatem criminis, non tamē vult ponere ad torturam, ne incidat in penam statuti, sed ipse precepit eum detineri in turri vel alio loco, denegando ei alimenta quousque confiteatur, vel in hyeme facit eum stare spoliatum omnibus suis pannis nunquid videtur eum ponere questioni, & dicamus eum incidere in penam statuti? Et dic quod sic, vt ff. de iniurijs. l. item apud. §. questionem. ibi, malam mansionem, &c. Sed quid si extra locum torture vel circa tribunal vbi ius redditur dicit iudex, aut confitearis, aut ducam te ad torturam, & torquebo. te nunquid confessio facta dicetur facta formidine tormē torum? Et dic quod non, quia leuis territio, &c. d. l. ité apud Labeonem. §. questionem. & ff. quod met. cau. l. metum. secundo respondeo. Terrorem autem questionis probabilem, vere torture presenti & instanti, comparandum accipere debemus, sicut de metu instantis cruciatus, dicimus, vt ff. quod metus cau. l. metū secundo respondeo. Leuis autem territio, extra locum torture facta, est delusoria, ff. si cui plusquam per legem Falcid. l. hec satisfactio. Dictum est supra, quod confessio formidine tormentorum facta non habetur pro exploratō facinore, nisi sit perseueratum. Quero in quo loco ducendus est reus ad perseuerandum? Respondeo apud acta, vel etiam in aliquo loco publico extra consuetudinem torture. Et ita videmus expertos defensores in perseuerantia vocare testes & sub publico testimonio scribi faciunt, & talis tali die perseuerauit, & confirmauit, &c. in presentia taliū testium, &c. & benefaciunt. per l. secundam. C. de cust. reor. ibi, sub publico testimonio, &c. Sed quantum tempus erit intermedium a die confessionis torti, ad diem reductionis ad perseuerandum? Respond. hoc lege aliqua non determinatur. vt dicta l. ij. C. de cust. reo. ibi. postmodum eductus &c. dicit, quod sit illud modicum tempus: sed potest dici, quod sit arbitrio iudicis, confidera & qualitate personarum, & enormitate criminis vel leuitate. cū enim tempus a iure non prefigitur, iudicis potestati committitur. vt ff. de iure deliber. l. prim. & ff. de penis. l. bodie, & ff. de effect. l. prima. Quero, qui debeant questioni interesse? Respōdeo vt ff. de adul. l. si postulauerit. §. questioni. In secreto autem recipiet dictum suum, cum testis similitudinem habeat testis, ff. eod. l. prima. §. Imperator. Nunquid liber homo potest torqueri? Videtur quod non, quia quasi totus ille titu. C. & ff. tantū de torto seruo loquitur. Tu dic quod liberi homines possunt torqueri non solum in alios. vt. ff. eod. l. ex libero. i. respōl. & l. vnius. §. testes. & C. de abo. l. fallaciter. §. qō si ingenuorum. & C. de assess. l. nullus. ff. eodem. & leg. diuus. ff. de custo reorum. Sed etiam in seipsos qñ deferuntur ex aliquo crimine. C. de aboli. l. fallaciter. & C. ex quibus cau. infa irrog. l. nullam, & alias ibi de hoc, & C. de fals. ficut. & ff. de re militari. l. proditores qō liber homo possit torqueri. argumē. est. l. si quis decurio. C. de fal. vbi torquetur decurio. & alius nō potest esse decurio quā liber homo, vt ff. de decu. l. Seuerus. & ita etiā seruat generalis consuetudo. vt Azo dicit. C. in summa huius tit. in §. torqueri. Ité quero, puerilis tamen questio est, nunquid authentica & principalis persona accusata debet poni, vel subijci tormentis, ad veritatem eruendā? Videtur qō nō: qr pretor tractando de questionibus. C. & ff. ponit tantum de tortura seruorum. ¶ Sed tu dic quod ipse principales persone sunt questioni subijciende. C. de questionibus. l. fi. & ff. eo. l. prim. §. diuus. & §. si quis vltro. & l. vnius. & ff. de re militari. lege proditores. precedere tamen debent indicia verissimilia, ex quibus obiecti criminis reus ex presumptione culpe indicis animus informatur. vt supra dixi. & facit C. eodem. lege. milites. §. oportet. & C. de fals. lege. sicut. Quid si iudex in torquendo modum excedit, quod totus in questione defecerit vel membrum debilitatum est, an teneatur, & quo iure queritur? Et quid tenetur. dicitur expresse ff. de iniurijs. lege. item apud Labeonem. §. questionem. ibi. sed & si iussu. &c. Sic enim torquēdus est reus. vt innocentie vel supplicio saluus sit, lege questionis modum. ff. de questionib. Et quod teneatur facit ff. solut. matrimon. lege. si constante. §. si maritus, & ff. de bis, qui sunt sui vel alieni iuris. lege secunda. §. dominorum. et melius ff. ad legem Aquiliam. lege secunda. & l. sed & si quemcunque. §. si magister. ff. de vsufruct. lege. locum autem religiosum. §. fin. ff. de pignoratitia actio. lege. eleganter. §. plene. Nec prodest sibi tanquam iudex hoc fecerit cum deliquerit. Nam omne maleficium presumimus prane actum. lege. si non conuicū. C. de iniurijs. & de fide. l. prima. Preterea si propinquus in corrigendo propinquū, modū excesserit, tenetur. C. de emend. propin. lege prima & secū da. nec iudicem excusat officium: quia sicut priuatus, ita et magistratus quid illicitum facere non debet. lege. nec magistratibus. ff. de iniur. Econtra videtur quod non tenetur, quia hoc inder causa eruende veritatis facit. suum exequendo officium. non animo interficiendi vel debilitandi. qui non debet teneri. Nemo enim videtur delinquere, nisi animum malignum ad hoc habuerit ff. de verborum significat. l. sepe. in fin. voluntas enim & propositum distinguunt maleficia, vt l. qui iniurie. ff. de fur. in principio. & facit ff. de verborum significatio. & de acquirenda possession. l. qui iure familiaritatis. & alibi scriptum est, tunc crimen contrahitur cum voluntas nocendi interuenit, vt C. ad legem Cornel. de fica. l. prima. & facit de liber. hom. exhiben. l. ij. §. primo. Presumit enim princeps bonum de officialibus suis nisi manifeste contrarium doceatur. ff. de offic. prefect. pret. l. prima. ad fin. Nam creditor res obligatas auferendo, non presumitur deliquisse: quia notabilis est pro eo presumptio. ff. de fur. l. cum creditorem. Sic a simili. in proposito presumitur iudex suū officium exercendo fecisse, non causa nocendi. ff. de iniu. l. iniurie. §. primo. Et si aliquam culpam in excedendo modum torquendo habuit, videtur tamen non teneri lege Cornelia de fica. quia in delictis lata culpa non equiparatur dolo. vt l. in lege ff. ad legē Corneliā de sicarijs. Item causa, ob quam aliquid fit, est consideranda. vt seruetur quod alias esset verecundum: sed officū necessitas impunitum suadet remanere, quod alias coerceri debet. ff. de bis, quibus vt indignis. lege, post legatum. & lege. tutorem. Preterea. si non apparet quo animo facit, presumendum est potius ob zelum iustitie. & ex vigore officū hoc facere quam aliquo malo consilio. vt ff. de bonis dam. l. secunda. §. si publicanus. & argumen. C. de acquiren. possessio. l. minus instructus. ff. pro soc. l. merito. Accedit ad idem aliud argumen. assumptum ex l. secunda. ad fin. C. de bis, qui accus. non post. Tutor ex officio de falso accusans producentem instrumentum contra pupillum si non probat non presumitur calumniandi animo accusationem instituisse, nisi euidenter probetur, & tamen alias qui non probat, calumniari presumitur eo ipso quod non probat. C. de aduoca. diuer. iud. l. prima. Solu. distinguitur sic a quibusdam, si apparet quod ex voluntate facit, de dolo tenetur: si casu & absque culpa, nullo modo tenetur. si autem cum aliqua culpa in excedendo modum, non puto teneri. C. de emē. seruo. l. prima. & bona est argumentatio de dominica potestate ad potestatem pretoris. ff. de verborum significat. l. potestatis. In hoc tertio membro, scilicet. in modo excedendo, &c. dicit dominus Guido de Suzar. si iudex modum excedendo, hominem interemit in questione, vel debilitauit, tenetur, quia statim vt excessit modum, fingitur non iudex, sed priuatus: sic tutor non recte administrando fingitur non tutor & tenetur tanquam quilibet. vt ff. pro empto. l. qui fundum. §. si tutor. cum si. & arg. C. de epis. & cle. l. generaliter. Quid plura? potest dici & casus est ff. de iniur. l. item apud. §. questionē ad fi. & §. si iussu. & vide Cy. in l. Gracchus. C. de adulter. ¶ Sed quid si est probatum maleficium per vnum testem de veritate, nunquid sufficiens erit indicium ad torturam habendam? Videtur quod non. ff. de quest. l. maritus. vbi propter dictum vnius testis non fuit ad questionem processum. Preterea, dictum vnius testis non inducit indicium sufficiens seu presumptionez. vt ff. de dote prele. l. Theopompus. ff. quemadmod. testamen. aper. l. prima. §. finali. & iura quasi omnia tractantia de indicijs, que requiruntur ad questiō. habendam loquuntur in plurali. scilicet, indicia debere, precedere, non autem dicunt indicium. ff. eodem. l. prima. secundo responso. ibi, & alijs argumen. &c. & l. vnius. §. in ea causa. ibi, nullis reus argumentis. & l. finali. C. eodem. & l. milites. C. de fal. l. ij. ficut & pluralis locutio singulari numero non acquiescit, vt ff. de manumiss. test. l. libertas que. §. fina. Sed his non obstantibus, dico vnum testem deponentē debere sufficere ad habendam torturam, vt no. Azo in summa huius tituli, in §. indicium autem. & no. in l. si quis alicui. C. ad l. Jul. maiest. in gl. ordi. Non obstat d. l. maritus. quia ibi nō fuit tortus propter dictum vnius testis, quia ille, qui perhibuit ibi testimonium, erat familiaris producentis, & ideo dictum suum non fuit tanti effectus q̄ faceret indicium. Non obstant alia iura in contrarium allegata. in quibus pluraliter de indicijs habetur mentio. quia illa pluralitas inspecto communi vsu loquendi, resoluitur in singularitatem. vt ff. de ver. sig. l. nō est sine lib. & ff. de neg. gest. l. ait pretor. §. negocia. de orig. iur. l. ij. §. exactis. & de cond. & dem. l. falsa. §. fina. ¶ Sed quid si maleficium probatur per famam tantum poterit ne procedi ad tormēta? Videtur qō sic. qr probatio fame equiparatur probationi vnius testis. vt ff. de test. l. ij. §. eiusdem. vt ibi in apparatu. In proxima etiā quest. dictū est. indiciū vnius testis sufficere ad questionem habendam: Tu dic, q̄ non: quia fama per se non probat. sed inducit quoddam modo quoddam indicium ad cōsummandas seu coadunandas alias probationes. vt d. l. ij. §. eiusdem. vbi confirmat id de quo agitur, non tamen per se facit validū indicium. Est enim fama res fragilis & periculosa. l. j. §. diuus Adrianus. ff. eod. & vt plurimum per aures malignantium artificiose transmissa. ff. de heredib. instituen. & argum. C. de pen. l. decurionum. & argument. ff. de officio rector.

pronin. l. iustissimos. ibi nam si vere voces sint, nec ad libidinez per clientelas effuse diligēter inuestigabimus, ꝛc. Nō enim que libet indicia sunt sufficientia ad torturam vt supra dixi in princ. notabilū. Sed si probatur cum fama aliquod indicium contra accusatum: vt puta per dictum vnius testis, quod quidem facit indicium, vt d. l. Theopompus. veluti accusatum fuisse inimicū interfecti; vel alias ei infensum, de inimico hoc presumitur esse malum. ff. de testib. l. iij. in prin. ꝛ ff. eod. l. j. §. preterea. Item si se iactasset malefactor de maleficio committendo. nam talis iactatio inducit indicium cōtra talem; qui sic se iactat ꝙ maleficium primo commiserit, considerata qualitate persone. Nō quo facere videtur. l. j. in fin. C. si quis imper. maledixe, ꝛ C. qō met. cau. l. merum. ꝛ ff. quod met. cau. l. iij. tu alleg. meliorem ter. ff. ad l. Jul. maie. l. famosi. ibi, an quid fecerit ꝛ an cogitauerit. ꝛ ff. ō supel. leg. l. Labeo. ibi, ceterū nemo. Itē si accusatus visus est fugere de loco vbi maleficium est cōmissum. Hā fuga accusat fugiētem, vt in auth. de exhib. ꝛ introdu. re. §. fin vero etiam quidam iurēt ꝛ in auth. de sanct. epi. §. si quis autē ad monasticā. versic. ꝛ si intra triennium, ꝛc. Itē si consiliarius deposito officio se absentat, pro cōfesso habetur vt C. ō assesso. l. cōsiliarios. ff. de suspec. tut. l. impuberibus. §. preterea. Item est indicium si is, contra quem fama laborat, est prauę conditionis homo: quia talia facere cōsueuit. vt ff. eo. l. de minore. §. tormenta. ibi, vel cuius existimationis. ꝛ ff. de accu. l. si cui. §. idem. Itē si aliquod aliud fuerit indicium ꝙ quilibet curiosus iudex poterit per se facile perpēdere secundum facti qualitatem. ꝛ personarum varietatem. hūc enim cum adest aliquod de predictis indicijs, vel alijs similibus. ꝛ fama probatur, bene poterit ad tormenta procedere: quia fama simul cum aliquo alio indicio multum facit esse sufficiens iudicium ad habendam torturam, quam ꝓ fama per se non sufficiat. Sed quid si predictas non habeat presumptiones: Dicunt quidam, ꝙ arbitrio eius committitur. quod nil aliud est quam ꝙ bona fide procedat, secundū quod eius conscientia melius dictauerit. Dura tamen mihi videtur illa sententia, cum arbitriū defectum indicij fine probatione indicij non videatur posse supplere. Est enim de iuris auctoritate siue solēnitate ꝙ legitima indicia torturam precedere oportet. ꝛ hoc iudicis arbitrio non videtur cōmissum: ꝙ facti quęstio est in potestate iudicis, non autē iuris. ff. ad muni. l. ordine decurionū. §. i. Sed quid si continetur in statuto ciuitatis, ꝙ nō possit quis poni ad torturas nisi habite fuerint contra eum presumptiones euidentes. ꝛ magna indicia vnde queritur. que dicūtur iste euidētes presumptiones. ꝛ magna indicia. Respon. magna indicia sunt, que sunt aliquanto minus indubitata. ꝛ plus indicijs simplicib⁹ ex quibus procedit ad torturam, vt dictum est. nam ꝛ alia dicuntur manifesta argumenta. Sed quid si cōtinetur statuto quod nemo possit torqueri, nisi indicia indubitata precesserint, ꝙ erit exemplum de indubitatis indicijs. Exemplum est si quedam camera habens vnuꝫ aditum ꝛ exitum tantum, ꝛ non plures, ꝛ exit de camera quidā pallidus ꝛ trepidans, cum gladio sanguinolento in manu, ꝛ statim post eius exitum inuenitur homo recenter occisus in d. camera. Certe ista sunt ad probationem maleficij indicia indubitata, ex quibus non solum ad torturam, sed ad condemnationē, ꝛ ad pene impositionem potest procedi. ꝛ ita intelligitur l. sciant cūcti. C. de prob. ibi, vel indicijs ad probationē indubitatis ꝛ luce clarioribus. Et no. disiunctiuam, vel. est enim palliditas siue trepiditas verum indicium contra eum. vt ff. eodem. l. de minore. §. tormenta, versi. nam ex sermone, ꝛc. delatio gladij. ꝛ nudi presertim. est aliud indicium nam de portantibus arma malum presumitur, ꝛc. C. de armo. vsu. l. j. ꝛ in auth. de man. prin. §. vltim. Itē quis gladius erat sanguinolentus. est aliud indicium, homine enim occiso gladius solet esse sanguinolentus. nam ex qualitate facti coniectura accipitur. sic ꝛ alias dicitur de don. int. virum, ꝛ vxo. l. vir vxori pecuniam. raro tamen contingunt talia indicia. Est ꝛ aliud indicium extraordinarium, ad probationem indubitatas, ꝛ istud sepius cōtingere potest. pone occiditur Titius in aliqua vinea, vel fundo, accusatur de hoc Seius. sed de visu. nulli testes deponūt quod viderint Seium hoc crimen cōmittere, sed probant ista contra Seium quod ipse Seius erat inimicus Titij. Item probatur per testes. ꝙ ipsi. quod viderunt Seiū ad mouentem gladium contra Titium. Item probant quod tunc ipse Seius aufugit tempore maleficij perpetrati. Item probāt per famam ꝛ vocem publicam quod Seius Titium interfecit. Certe ista quatuor simul iuncta, quamuis singularia per se non sufficerent, sunt sufficētia indicia, ꝛ indubitate presumptiones non solum ad torturam, sed etiam ad condemnationem. ꝛ sic potest intelligi d. sciant. C. de prob. Et item aliud exemplū de indicijs, seu presumptionibus indubitatis. Defertur Seius ꝙ fecit occidi Titium. non sunt qui dicant hoc vidisse, tamen probātur ista indicia, Primum ꝙ Seius erat inimicus Titij. Item, quod dictus Seius perpetrato homicidio receptauit hominem. Itez. quod homicida erat domesticus. ꝛ familiaris ei. ꝛ ꝙ fama est, quod Seius fecit occidi Titiū. ꝛ ꝙ se iactauit. ꝙ fecerat ipsum Seium occidi. ꝛ est homo de quo est verisimile ꝙ talia faceret, Item quod olim aliquę offensiones fuerint inter eos. Ista indicia simul iuncta videntur necnon ad torturam, sed ad condemnat onem sufficientia ꝛ indubitata indicia, ꝛ ita potest exemplificari d. sciant cuncti. C. de prob. nec mirum si plura simul iuncta, quorum quodlibet per se non sufficit ad indicij indubitatum plene probandum valeant. Nam in hoc iure plene habetur expresse, vt in auth. de fide instru. §. si vero nullus horum fit. Quo enim vel plura imperfecta cōstituunt vnum perfectum. vt C. de agric. ꝛ cēsi. l. cum scimus. in prin. lib. xi. ꝛ que nō prosunt singula, multa iuuāt, extra de testib. c. preterea. ꝛ C. de test. l. sancimus. ad fi. ꝛ de hoc arg. ꝛ in apparatu. ff. de exercitor. l. j. in fine. ꝛ respon. Quid plura: Reperitur in iure quod ipsa confessio criminalis per argu. ꝛ per presumptiones cognoscitur. ꝛ certum natur, licet delictum liquidum probari non possit. nō omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. ꝛ ibi. sed si hoc liquido cōstare nō possit. argumentis tamen cognoscendum est. ꝛ tamen capitalis causa ibi agitur. vt eo. tit. l. de certos. §. his qui ad hostes, ꝛ facit in auth. vt liceat matri. ꝛ ante. §. illud. Curiosus autē inde multa alia posset adinuenire exempla de indicijs ad probationem indubitatam. Dictum est supra, quod milites non torquentur. sed quid de militibus nostri temporis, poterunt ne subire questionis. Dic quod sic eo ꝙ in assumptione militie hec non intervenit in eis multa, nec obseruent ea, que veri milites obseruare debent. vnde militaribus priuilegijs gaudere non debent. vt in auth. de mandatis principum. §. vlt. ꝛ ibi. in glo. in verb. si quidem in fin. ibi, ꝛ in talibus militibus, ꝛc. Nam ꝛ si quis obseruantias obseruandis fabricensis efficiatur. habetur pro non fabricensi. ꝛ sibi fabricentia priuilegia denegantur. ꝛ facit l. si quis contendat de fabr. lib. xii. ꝛ C. de epis. ꝛ cler. l. generaliter. §. eos tamen hos cōs. ꝛ facit l. nominationes. de appell. Nam videtur etiam quod milites in quibusdā criminibus torqueantur. l. proditores. ff. de re milit. Presbyteri quidem non torquētur clerici autem. iure ciuili. C. de epis. ꝛ cler. l. presbyteri citra iniuriam. ꝛ nouel. fallaciter. in glos. in ver. veritatē. ꝛ C. de ebd. hodie secundum ra nouis. secus. per constitutionem Federici. ad decus ꝛ decus de statut. ꝛ constitutionib. contra lib. eccles. edit. que est certa. ꝛ ibi. ꝛ in auth. de sanct. epis. §. ceterum

de verbo ad verbum, vna syllaba nō detracta, in operibus Bā dini in rubr. de questiomb. ⁊ tormē. ⁊ male fecit Angel. de Are tin allegare Bar. in isto tracta. Sed in rei veritate iste tractat. est Bar. vt infra dicam. Nec obst. ratio do. Augu. vbi dicit, qō iste tracta. est insertus in opere Bandini, ⁊ q̄ qui inseruit male fecit ex quo non est opus do. Alb. Bandini, ⁊ q̄ sit verum apparet: q̄ in dicto opere in rubr. de questionib. ⁊ tormē. in ver. sed quid si iudex, in fin. alleg. Cyn. in l. Bacchus. C. de adul. ℞. ōstat autē Cyn. fuisse per multa tēpora post do Albertum, ⁊ ideo male d. Aug. reprehendit Angel. de Are. Alii autem dicunt, quod iste tracta. est Guidonis de Suzaria ⁊ est insertus in tract. de ordine maleficiorum, ⁊c. in v. parte, in rubr. de modo in tortura seruā do. Cui etiam fecit additiones de anno domini, ⁊ccccl.xxv. vbi do. Ludoui. Bologni. Bononien. tamen in rei veritate non est do. Guidōis, per rationes ꝑ. allega. ⁊ dom. Guido fuit ante do. Alber. de Sandino per multa tempora. Concludo ergo, qō iste tractatus est domi. Bar. a Saroferra. ⁊ ita pro tractatu Bart. alleg. domi. Angel. de Aret. in suo libr. maleficiorum in versi. fa ma publica, ⁊ domin. Alexan. in consil. 1. in primo volum. incip. in causa inquisitionis formate. qō est duplicatum in consil. xciij. in eod. volu. vbi etiam dicit, quod Barto. composuit istum tra ctatū licet aliquando dubitauerim, an fuerit ab eo editus, ⁊ etiā pro tractat. Bar. allegat idem Alexād. in dicta l. prima. ℣ si ser uus. ⁊ in ℣. diuus Seuerus. ff. de questionibus. ⁊ in lege, vnius. ℣. reus. ⁊ in l. qui fine. ⁊ in l. final. ff. eod. titul. ⁊ in l. milites. C. de questionib. in additionibus ⁊ appostillis Bar. ⁊ in consilio primo, in ij. volu. incip. viso, processu inquisitionis formate. vbi alleg Bart. in isto tract. ⁊ dicit, q̄ incipit, de questionibus ple nius tractaturi, ⁊ ita incipit ⁊ idē Alexād. in l. centurio. ff. de vul. q̄ pupil. vbi allegat. Bar. in isto tracta. ⁊ dicit, qō sibi attribuit, q̄ pro tractatu Bar. allegat etiā dominus Paris de Puteo in suo tract. de syndicatu, multis in locis. Ex quibus sequitur qō iste tractatus est Bar. ex quo etiam tanti doc. eum alleg. ego in libris antiquissimis manu scriptis ⁊ maxime in primo volumi ne consilio. diuerso. doct. in ij. fo. ⁊ in vigesimo volum. in fo. cir. in supascriptione dicitur incip. tracta. Barto. a Saroferra. de questionib. Et adde quod do. Anton. de Canario doctor singu laris composuit ⁊ ipse tractat. de questionib. ⁊ tormentis incip. questionum seu tormentorum materiam vtilem, ⁊c.

b Tb. Quero que. Vide Alexand. in l. ℣. idem Cornelio Pro culo ff. de quest. in addi. Barto. ⁊ l. vnius. ℣. reus. ff. eod titu. ⁊ l. qui fine. in versi. veniamus. eod. titu.

c Determinatum. Vide Ange. de aret. in tract. maleficiorum, in ver. fama publica.

d Demum restat. Vide Alex. in l. si. ff. de questio. in addi. Bar. ⁊ ibi dictum ponas hic.

e Sed quid. Vide Alexand. in l. prima. ℣. si seruus. in addit. ff. de questionib.

f Sed quid. Vide in lege, qui fine. ff. de questionibus. in additio. Bartol.

g Precedentib. indicijs. Vide Alex. in cōsi. 1. in ij. vol. viso, pro cessu. cum concor. de quibus ibi per eus. ⁊ in cons. v. ⁊ in cōsi. xciij. quod incip. in causa inquisitionis. in j. vol. ⁊ in l. qui aliena. ℣. Celsus. in vlt. col. ff. de acqui. hered. ⁊ vide plene per Felyn. in qualiter. ij. in ℣. licet. de accu. Barba. in consi. vlt. in ij. volum.

b ⁊ Cal. in consi. in tit. quod met. cau.

Debilitie. Vide Alexand. in l. milites. C. eod in apo. Bar. vbi alleg. Bar. hic, ⁊ Alexand. in l. centurio. ff. de vul. ⁊ pup. vbi ꝛ le neponit de veritate istius questionis.

Tracta. de Cicatricibus.

Do. Bartol. a Saxofer.

Imprebendo rectum iudi cū, nūquid ex vulnere sit remansura cicatrix, scōm indigentiā statuti ciuitatis Flor. plura videntur cōsideranda. Primo quid sit cicatrix. Cicatrix igitur est quedam effi gies vulneris faciem deformans. quasi dicatur a ceco cecas. id est. cecans facie vel deformans seu formam extinguēs. Hoc probatur ff. de vsufruct. l. locum. ℣. i. ibi, nec seruum cicatri cibus deformate. ⁊c. de his qui dele. vel effu. l. fi. ibi, cicatricum asit. aut deformitatis nulla, ⁊c. Secundo est considerādum quod ad hoc vt effigies bēat nomen cicatricis, oz esse in apparenti lo co corporis, alias bene posset esse effigies deformans corpus, sed nō diceretur cicatrix. Hoc probatur ff. de edi. edi. l. queritur. ℣. fin. ibi, aut qui cicatricē euidentē ⁊ periculosam, ⁊c. ⁊ ibi dicā. ⁊ l. fi. ff. de his qui dele. vbi inter cicatricē ⁊ deformationē ponitur distinctiua, q̄ non quelibet deformitas est cicatrix. Hoc etiam est expressum in proposito in d. statuto tractante de materia, q̄ de effigie remanēte in facie loquitur. Tertio notandū est, quod effigies debet esse apparēs ad hoc vt cicatricis nomen habere matur, vt probatur in d. l. queritur. ℣. fi. ⁊ est expressum in d. statuto. Nā exigit faciē esse vituperatā per apparentem cicatri cem. Ex hoc infero, qō licet perpetuo effigies esset remansura in facie, si non manifeste discerneretur: sed per quandam subtilem inspectionem, non esset satisfactum statuto: q̄ nō esset vitupera ta facies per apparentē cicatricem. Quarto est considerandū, q̄ statutū requirit, q̄ vituperatio faciei sequatur ex vulnere per ci catricē apparentē, id est, post omnē curam pfectā ex illo vulnere sit perpetuo remansura apparēs effigies cicatricis. cū. ventum est ad tertiam questionem. in prin. j. q. i. de perpetuitate loquor. q̄ verba legis, que fine determinatione proferūtur perpetuita tem significant. Et q̄ vbi effigies non esset perpetuo remāsura, non diceretur esse remansuram cicatricem. sed potius diceretur nondū perfecte curatam: ⁊ dictum statutū est intelligēdum de effigie remanente post omnem perfectam curam, alias absurda esset eius dispositio, q̄ ex quolibet vulnere illato, in facie vitupe ratur facies ante curam pfectā, ⁊ licet solidatum sit vulnus, ta mē remanet quedā macula, donec perfecte curetur, ⁊ de his sta tutum non loquitur. Dicitur ergo cicatrix, propter illa que re manent post sanatum vulnus. j. q. i. d. cano. ventum. Et ideo per cicatrices dicuntur homines dignosci. l. ij. ℣. fi. de ser. fug. Item no. per predicta, qō si per statutū pena duplicatur pro cicatri ce deformante, nō sufficit formari inquisitionē, vel accusationem de cicatrice simpliciter, sed formari debet de cicatrice deforman te, ⁊ facit ff. de vsufr. l. locū. ℣ j. quod no. q̄ quotidianū est. Quin to est considerandū. q̄ si ex negligentia, vel imperitia medici re maneret cicatrix, nō esset locus d. statuto. Nā vt statuto satisfiat, requiritur q̄ vulnus illatū sit causa immediata, ⁊ necessaria cica tricis, alias nō dicit sequi ex vulnere: q̄ dictio, ex, denotat cām proximā. l. ex eo tēpore. in fi. ff. de pen. ⁊ in qualibet legis dispo sitione causa proxima est considerāda potius, quam remota, ff. quod me. cau. l. metum aūt presentem. ℣. sed ls. Sed cicatrix que remanet ex mala cura imperiti medici, non dicitur sequi ex vul nere, attenta causa proxima, sicut dicimus in morte, quando vul nus ex sui natura, nō est letale, nam tunc vulnerans non tenetur de morte. licet vulneratus ex imperitia medici sit mortuus. l. qui occidit. ℣. fin. ff. ad le. Aqui. vbi casus est de hoc. Quibus omni bus mature cōsideratis discretus medicus bene discernet, nūquid ex vulnere sequatur vituperatio faciei, afferēdo cicatricem necne, ⁊ sanum ⁊ rectum consilium poteris exhibere. Bar.

ADDITIO.

a Tho. Di. Tractatus de cicatricibus. Istum tracta. inueni in xx. vol. cōsi. diuersoꝝ doc. in fo. clxi. vbi dicit, q̄ est Bar. a Saxo ferrato. ⁊ de materia isti? trac. vide per Ang. de Peruf. in l. ex tat. in prin. ff. q̄ me. cau. ⁊ i l. q̄rit, ℣. fi. ff. de edi. edic. ⁊ in cōsi. cxlv super primo. ⁊ ibi plene videris. ⁊ Catald. in suo trac. syndicatus in q. cxix. ⁊ plenius per Ang. de Are. in tract. maleficiorum. in ver. cicatrix. ⁊ per Jo. de Ana. in c. cum ex iniuncto. de bere.

Tractatus de Peremptione

a instantie, per Do. Bar. a Saxofer. legum doct. super l. properandum. C. de iudi.

Quia l. properandū. C. de iud. ca uetur, q̄ iudex elapso trie nio, cuz instātia cause perempta sit, non potest vltra terminum illū pronunciare. dicit enim circa prin. lites vltra biennij metas post lite cōtesta taz nō esse protrahēdas. Et in ℣. fin autem vtraque. dicit intra dictū ter minum iudicem non terminantē pu niri, ⁊ esse eum ab officio remouēdū, ⁊ in vlt. ℣. dicit q̄ actor cadat id est, ab instātia cause seu iudicij. Sz pone. retēto eodē themate, qō statuto cauef, qō iudex tenea tur terminare cām intra mensem sub certa pena: iudex intra dictū terminū nō terminat, an erit instātia cause perempta: Et vi detur, q̄ sic: quia istud paruum tēpus succedit loco trien. ij. vn.

de sicut post illud tempus pronunciare non potest, ita nec post istud, sicut cum accidit quod tempus, ꝛ quicquid loco alterius subrogatur, vt C. ō tēp. appel. l. fi. ꝛ ff. de iudic. l. mortuo iudice. ꝛ C. de cōpensa. l. vlt. ꝛ if de seruo corrup. l. hec actio cū l. seq. ꝛ ff. ad leg. Jul. pec. l. vlt. ¶ Preterea, cum lex concedit intra mensem terminari videtur de maiori tempore prohibere, vt ff. de legib. l. cuz lex. hoc idem facit iudex. C. de infa. l. ꝛ si seuerior. ff. de postu. l. Imperator. Idem facit pactio contrahentium, vt ff. de distrac. pign. l. si creditor. ¶. illud. ꝛ ff. p soc. l. si fratres. ¶. si quis societatē, ꝛ hoc video i arbitratore, vt C. de arb. l. j. versz si vltra. ff. de edil. edic. l. qō si nolit. in fin. Ecōtra videtur, ꝙ d. l. properādū. duo dicat. Primum, s. qō intra terminū causa finiatur, hoc tēpus per statutum est abbreuiatum. Secundo, qō instantia cause pereat ela pso triēnio, sed de hoc lex municipalis nihil dicit. Tertio stabitur iuri communi quantum ad peticionē instantie, quia in casu nō est correctū, arg. C. de appel. l. precipimus. in fi. ꝛ in authe. de armis. ¶. fi. C. de edifi. priu. l. fi. qō enim non mutatur, ꝛc. C. de testā. l. sancimus. ꝛ C. de impo. luc. descr. lib. x. l. j. ꝛ xxvij. q. ij. c. leviume cōstitutionis, nam si fiat vna offensio parti que voluerit suum negotium expedire, non debet in alio offendi scilicet quod causa instantie pereat, quia non debet duplici dāno affligi, vt ff. naut. cau. st ab. l. licet. ¶. fi. ꝛ ne quid in loco publi. l. j. ꝛ C. de naui. l. j. lib. xi. Male enim facit iudex, qui intra terminū nō facit, sed hoc malum duplicaretur, si hoc nullo tempore faceret, arg. ff. de arb. l. Celsus. Video enim qō melius est moram purgare. ꝛ post terminum facere qō in termino facere debuit, quam addere moram more ꝛ non facere intra terminum. vt ff. de verb. oblig. l. cōtinuus. ¶. ite si nō inchoat opus. ꝛ ff. si quis cau. l. ꝛ si post tres. Adhibi enim videtur quod instātia non pereat, vt videtur lex expressa. C. vt tam ciui. quam crimi. l. j. fi. ꝛ ar. ff. de leg. j. l. res obligata. in fi. ꝛ pro ꝛ contra notari videtur. C. ad leg. Falc. authē. sed cum testator in fi. vel possumus distinguere aut tēpus elapsuz est dolo vel negligentia litigantis, ꝛ tunc dolosus vel negligēs imputet sibi, aut opera iudicis vel impotētia facti, quo casu nō debet obesse partibus. ar. ff. de colla. bo. l. j. ¶. fi. ꝛ in authē. vt spō. larg. ¶. illud. Vertra de rescrip. c. ex literis. ꝛ C. de tempo. in integ. rest. l. pe. tamen puto meliorem sententiam Bartl. Phan. tamē Lipobus de Cremona dicit, quod pro prima parte facit, qz iudex videtur datus a lege ad tēpus. in illis causis, quasi statutuz mandat terminari intra mensem. Nam post ipsius temporis lapsum iudicare non potest. ff. de iud. l. ¶. ¶. sed si iudex ad tēpus. ꝛ C. quando prouoc. non est necesse. l. cum nō eo die. post quasi in illa causa priuatus, ꝛ sic iurisdictionem nō habet. ff. de iur. omn. iudi. l. eum qui. ¶. j. Preterea post fatalia iudex appellationis iudicare non potest, vt C. de appella. l. eos. ꝛ sic ꝛ in proposito iudex post illud tēpus iudicare non potest. Preterea, vbi lex mandat causam finiri minori tempore quaz triennio, puta anno, per illud anni elapsum expirat instantia, sicut per elapsum triennij, vt C. de naui. l. j. lib. vj. sic etiam ꝛ eadem ratio esset in isto tempore vnius mensis. ergo post iudicare non poterit, quia vltra non durat. Facit ad hoc. C. quomod. ꝛ quādo iudex, authē. qui semel. ꝛ ff. de excus. tut. l. quinquaginta. ꝛ C. de asser. tol. l. j. ¶. ¶. sciētes, ꝙ si post. Pro secunda parte facit, quia per dictum statutum pena imponitur iudici causam intra mensem non terminanti. Unde lex videtur esse cōtenta executione pene, finautem vltra tēpus predictum pronunciet, tenebit sententia. nam quādo lex aliquid mandat ꝛ prohibet, ꝛ non stat in finibus suis sed vltra procedit ad pene impositionem: quod tamen sit valet: sed pena debetur, vt no. C. de legib. l. non dubiū. Simile videtur in eo, qui tenetur ex promissione aliquid facere. ꝛ apponitur ei pena si contra fiat, quod sola pena debetur, nisi sit dictum, rato manente pacto, ꝛc. vt not. ff. de transact. l. qui fidem. Preterea video quod iudex appellationis post tempora ad agendum data condemnat appellantem in expensis, vt extra de rescrip. c. ex parte. Et ad hoc facit. ff. de pac. l. tale pactū. ¶. qui prouocauit. ff. de iudic. vbi iudex appellationis etiam post renunciationem appellationis remanet iudex. dicitur enim ibi, iudex appellatiōis nullo alio de principali causa discusso, iustam conuentionem, veluti confessi, sequetur. Sequitur ergo quod remanserat iudex. sic videtur in eo qui post temporis restitutionem per sententiam restituitur. Nā tum sententia licet contra ius litigatoris data videatur, vt not. C. de tempo. in integ. restit. l. superuacuā. tamē in proposito, post tempora statuta posset iudex per sententiam terminare. Mihi autem videtur, quod quādo queritur an per lapsum temporis pereat instantia cause, possit distingui, quia tempus diffiniēdi causam imponitur per legem ciuilem, aut municipalem iudici tantam, aut cause, aut parti, aut iudici ꝛ cause: si imponitur iudici tātum, siue adiciatur ei pena, siue non, instantia cause non perit per terminum lapsum. sic loquitur C. vt tam ciui. quam crimi. l. j. in fin. vbi enim tempus datur iudici xxx. dierum, intra quod terminet causam, ꝛ eidem pena imponitur, vltra id tempus tamen potest terminare. simili modo si tempus iudici imponitur, non municipalem iudici imponitur tempus ꝛ nō cause: ꝛ ideo videtur mihi dicendum quod per lapsum illius temporis, instantia non pereat. Si autem tempus imponitur tantum cause, tūc cessat instantia per lapsum temporis, vltra enim illud instantia cause viuere non potest. dicitur enim illud tempus factum, id est finis vt C. de temp. appel. l. temporum fatalū ꝛ C. de aduo. diuer. iu. l. aduocati. ꝛ de isto tēpore dato ꝛ imposito cause loquitur. C. de leg. Falcid. authē. sed cum testator, ibi enim in fin. dicitur nullius questionuz excedat annum, ꝛc. sic loquitur etiam authē. de cle. apud propr. episcopos. ¶. si tamē. ꝛ in authē. qui semel. C. qui. ¶. illud. ꝛ idem est in omnibus, in quibus statuuntur tēpora parti ad suam causam diffiniēdam. vt C. de dolo. l. fi. ꝛ ff. ne de statu defunct. l. ij. ¶ fin. ꝛ C. de temp. in integr. restit. l. fin. Si autem imponitur tempus iudici ꝛ cause indubitāter finitur instantia per lapsum temporis. sic loquitur proprie dicta lex. properandus. ꝛ C. vt intra certum tempus criminal. quest. l. fin. ꝛ C. de nauicul. de submersis. libr. xi. ꝛ ad predictam dict. reducatis omnes leges de hac materia tractantes. Amen.

ADDITIO.

a Th. Dip. Tractatus de peremptione instantie. Adde quod istum tractatum inueni in vigesimo. libr. consi. diuersoz. doctoruz, vbi dicitur, tractatum de peremptione instantie, compilatum per Bartolum a Saxoferrato. legum doctorem super l. properandum. C. de iudi. Et de materia, vide an statuta que limitant instantiam causarum vsque ad duos vel tres menses, an talis instātia, statuta limitata posset prorogari vsque ad tempus iuris communis, ut de Joan. And. in addi. Specu. in titulo de appel. ¶. nunc breuiter. ver. illud autem. Joan. de Imo. ꝛ Mod. in l. vlt. in princip. ff. de dam. infec. Sal. Alexand. ꝛ dominum Jason. in l. properandum. in princip. C. de iudic. ꝛ Alexand. in consilio xxiij. in quarto volumine inspecto processu cause inter dom. Jacob.

Tractatus de Judice suspecto recusando domini Bartoli, alias est consiltum.

a

Quia sub suspecto iudice est periculosuz litigare, ideo videndum est in quibus casibus iudices recusari possunt. Primo fit aduocatus in eadem causa: vel fit consanguineus impetrantis, vt extra de appel. ex tremo. Itez si iudex est vasallus impetrantis, argumen. xxiij. v. c. de forma fidelitatis extra vt lit. non contest. c. accedēs. Itez si impetrans est familiaris illius, qui est familiaris eius. ad quem literas impetrauit, vt in capit. infinuante. Nectene extra de officio deleg. Item si impetrans est affinis iudicis. ff. de iureiu. l. lex Cornelia. in princ. ꝛ extra de ete. ꝛ qualem. Item videtur si impetrans est multum amicus iudicis, ꝛ extra de simo. c. nobis. Item si iudex receperat iniurias ab impetrante, quibus esset verisimile quod eius animus posset remoueri, extra de simo. c. si quidem. Item, si iudex est suffraganeus impetrantis, vt extra. ¶ vt lite non contesta. c. accedens. Et ratio, quoniam suffraganeus potest recusari, quia subditus impetrantis. Pari ratione posset recusari quilibet subditus abbatis, si abbas in iudicem impetrat, ꝛ idem dico generaliter vbicunque prelatus impetrat in iudicem sum vel quilibet dominus subditum suum. Item, si iudex est conlanguineus illius qui est inimicus impetrantis, ꝛ dico inimicū qui violenter dejecit eum de possessione sua, vt in d. c. accedens ꝛ in eisdem quis dicitse de possessione. de resti. spo. Idem dico generaliter, vbicunque iudex est inimicus impetrantis. extra de appel. cū dilecto requiris, ꝛ dico generaliter inimicos qui in secreto ꝛ impuli, eo interrogati dicunt, quod sunt inimici illius contra quem sunt littere impetrate, vel quod non diligunt eum. extra de accu. c. inquisitionis. vel si dicunt, quod libenter nocerent ei contra quem sunt littere impetrate vt extra de offi deleg. c. cū super abbate. aliis modis poterit cōstare etiam de facti offensiōe quā expectat ne statuti alicuius. Itē, si iudices habent causaz cōtra illū contra quem

quē sunt litere impetrate, vt notatur super d. decretali, licū super ebbatis. Itē si aliquis appellauit a iudice ordinario vel delegato, si pendente appellatione ne conueniatur corā alio, super re super qua non appellauit, potest iudicem tanquam suspectū recusare. vt extra de appella. c. ad hec. & c. prout. de dol. qō credo verum, vt sciatis quid sit officium iudicis appellationis, qualiter debet pronunciare, distinguendum vtrum appellatur ante sententiam diffinitiuam, vel post. si ante diffinitiuam ad hoc vt appellatio valeat, oportet q̄ appellans assignauerit iustā causā, & rationabilem, & iudex noluit eam accipere. & quod propter illam causam appellauit, alio modo non valet appellatio, vt extra de appel. c. dilecto. & iudices appellationis debent eam remittere ad iudicem a quo, & debet eum in expensis condemnare. Barto.

ADDITIO

a Th. Dip. ¶ Tract. de iudice suspecto. Adde. quod istum tract. inueni attributum Bartol. in ff. volum. consilio diuer. do. in fol. ccxl, & materiam vide plene per Jas. in l. apertissimi. C. de iudic. & Mod. in capitul. cum speciali. de appellat. Quid autē si iudex suspectus non recusatur, & procedit, an valeat sententia, ita quod non sit nulla, vide Mod. in l. ff. de iu om. iudic. & plene per Philip. Dec. in c. super literis. de referi. & in cap. causam que inter. de offic. deleg. & vide Petr. de Anch. in cōsilio cclxi. in c. subtiliter, & ad plenum. & Alexand. in cōsilio ciij in v. volum. incip. circa primum quod procedunt predicta, quando allegatur suspectus notarius, procurator, & similes. Item adde, suspectio super uenies post conclusum potest opponi, vt per Joan. And. in c. cum dilectus. de ord. cog & plene per Felyn. in c. insinuante, de offi. deleg. & Lar. Aler. in c. cū speciali. in rj. col. de appel. Cetera vide in d. apertissimi. & ita addi. meas ad domi. Jac.

Tractatus Domini Alberti de

Ramponibus. de consiliis habendis per officiales, & assessores, cum additionibus & suppletionibus domini Bartoli a Saxoferrato.

[a] Circa practicam consiliorum habendorum per officiales. & assessores, quoniam sepe de facto, questiones oriuntur, ita teneatis. Et primo videndum est, quo ordine per assessores procedēdum sit id consilium habendum. Secundo, an de iure assessor inuitus cogatur ad habēdum consilium. Tertio, an ille qui eligitur in consiliarium, inuitus cogatur accipere. Quarto, si recipit, an cogatur iurare quod bonū dabit, & feret consilium. Quinto, si electus dicat se dubitare de iure, an debeat sibi dari consocius. Sexto, an postquam cōsiliarius dedit consilium, possit illud mutare, corrigere, vel emendare, vel declarare. Septimo, an iudex vel assessor cogatur consilio eius stare, vel illud sequi. Octauo, an electus cōsiliarius possit recusari. Nono, qualiter recepto consilio debet pronunciari. Decimo qui tantum debeat soluere salarium consultori. ¶ Super primo sic breuiter dicendum, quod super forma habendi consilij quasi vbique sunt statuta, & consuetudines, prout ea inueniet seruate. Si autem statuta vel consuetudines non sunt, si qui dem ipso velit causam committere, procedet tali forma officialis, vel assessor, intendo habere consilium sapientis super tali questione, vnde statuo vobis terminum vsque ad talem diem ad dandum suspectos, & faciet scribi terminum, & ipso termino elapso si partes suspectos dederint, vel altera ipsarum vel nullos committet iudex questionem eis qui sunt extra numerum suspectorum, quoniam graue est sub suspecto iudice litigare. C. de iudi. l. apertissimi. & auth. si vero contigerit. ibi posita. Unum tamen scias, quod si pars vel altera ipsarum omnes vicinos daret suspectos, iudex taxare debet numerum suspectorum, pro causae qualitate. & loco, vbi consilium datur, arg. ff. de testib. l. j. cū simil. Si autem iudex suspectos tibi seruat, vt si diceret aliqua pars tua, q̄ dedisti cōsultorē de numero suspectorū, recurras ad originalem scripturā, & dabis vnum consiliarium, vel plures, prout partes concordabunt, vel causae qualitas requiret. In quibusdā autem partibus dantur cōsidentes. & hoc est satis bonus, quo vel quibus cōsultoribus electis, scribatur in actis cōmissio & articulus questionis, vt extra de p̄batio. cap. qm̄ cōtra falsā. Si vero volueris cōsilium tibi exhiberi, vt quia perpendis iudicē de medio contra te esse vel potius inclinare, ita procedes, q̄ venies coram iudice dicens. Dubium non est, domine iudex, quod omnia que recto consilio aguntur, merito firmitatem & effectum cō sequuntur. vt C. de repud. l. dubiū nō est. in prin. imitando ergo consilium d. legis, & prouerbij, vbi dicitur, omnia facta cū cōsilio, & post factū nō penitebit, placeat vobis super hac causa dubia, sapientis habere consilium: querebat enim Imperator consiliū sapientis, & sequebatur illud, vt ff. de fund. instruc. l. quesitum. in prin. & l. si edibus. ff. de dam. infec. Et etiam testator in disponēdo consilium habet. ff. de vulg. & pupil. l. cuz ex filio. in princabi. ex consilio Labeonis, Offilij, Cascelij, Trebatij, eumq̄ in postate habebat, soluz heredē fecit, &c. Et illud quod a pluribus queritur, facilius inuenitur. iurta sentētiā Augusti. xx. dist. can. de quibus. l. si aliā. in fi. C. de ingen. manu. & extra, de off. deleg. c. prudentiam tuam. hec & alia dicas, vt assessoris animum trahas ad consilium habendū. ¶ Secūdo quero an iudex medius inuitus cogatur habere cōsiliū: Et videtur quod sic. Nam Imperator dicit omnia se facturum cum consilio procerum suorum. C. de legib. & constitutionib. l. humanum. & etiam videtur lex vel le consilium haberi, vt ff. de donationib. l. Aquilius Regulus. & C. de repud. d. l. nō dubium. & C. de iur. delib. l. fina. & optime dicit consilium habendum text. ff. de bonorum possessionib. in l. in bonorum possessionibus. & C. de ingenu. manu. dicta l. si autem. Econtra quod nō teneatur habere. Omnis enim iudex prestat iuramentum, se iudicaturum secundum legem, in authentico de iureiurādo, quod prestat. ab his. §. deuotos. ibi, supplicium secūdum legē, &c. & in auf. de defen. ciuit. §. iusiurādū. & auf. de iudicibus. §. omnis autē iudex. Item, q̄ consiliū non est obligatorium. ff. mand. l. ij. in fi. ff mād. Sol. dic q̄ si iudex vult potest consiliuz habere, per iura superius alleg. fm cōmunem opinionem. Sed dominus Ubertus de Bobio dicit, quod si assessor est bene peritus in iure non tenet: alias autē si non est, vel est iuuenis, tenetur de iure, & bona consuetudine. Judex vero non medius credo quod melius fecerit pro exoneratione sui, nisi euidenter videat malitiam & frustrationem, quia boni pretoris est lites diminuere. ff. si cer. pet. l. quidam. cum fi. & nemo tam audax. inuenitur qui possit inuito iudice litem protelare. &c. vt l. properandū. C. de iudi. Tertio quero, si autem iudex medius cōsultorē dederit. & elegerit, an electus suscipere cogetur inuitus: Et dicendum est, q̄ō sic, quoniam iudicare, publicū munus est, quod in inuitum conferetur, vt ff. de mune. & bono. l. munerū. §. iudicādi. & l. pen. §. qui autem. ff. de vac. mu. & ff. de iudi. l. cum furiosus. & C. de aduoc. diuer. iudi. l. sancimus. j. que iura quamuis loquantur in iudicibus delegatis, tamen idem dicit lex in cōsultoribus assumptis, vt C. de proxi. sacro. scrinio. l. in sacris. j. & ibi no. hoc est verum. si ille qui eligitur in consiliarium. est subditus iurisdictioni eligentis, vt not. C. qui pro sua iurisdictio. l. j. & etiaz sint vera omnia predicta nisi illi quibus datur consilium, vel aliqui ipsorum, sint ipsi consiliario sanguinis affinitate adstricti: & ideo nolit cōtra eos consilium exhibere, vt C. de excus. tut. l. humanitatis. & l. qui iurisdictioni preest. ff. de iur. om. iud. ff. de iniu. l. ler Cornelia. in prin. cum similib. Quarto, postquam cōsultor officium consu endi recepit. an cogatur iurare quod iustum & rectum consilium dabit: Videtur quod sic. ad similitudinem testis, cui nihil creditur sine sacramento. C. de testib. l. iusiurandi. & ad similitudinem iudicis. C. de iudi. l. rem non nouam & in authē ibi posita, & prealleg. §. deuotos. & in authent. iusiurandum quod prestatur ab his &c. & §. iusiurandum. in auth. de defen. ciuita. & in authē. ō iud. §. omnis autē iudex. videtur quod cogatur iurare ex predictis. Econtra, quod non. Primo, quia nulla lege, vel cōsuetudine cauetur, arg. C. de colla. l. illaz, circa med. & ideo video quod est eius qui datus est arbitrio non iurare. nec iurare cogitur. C. de arbit. auth. de decernitis. Sol. Dic, quod si consiliarius est clericus, nō iurat eo, quod clerici nō iurāt, nisi causa necessitatis. C. de ep̄is. & cleri. l. cum clericis. & ibi de hoc. Si autez est laicus & in officio constitutus. & fic iurat in principio anni, nō cogitur iurare nunc: quia ratione primi sacramenti non presumitur immemor salutis eterne. C. ad leg. Jul repe. l. fi. & ne crebra fiat prestatio iuramenti. C. de iureiurand. propter calum. dando. authenti. hoc sacramentum. & C. de cur. furio. l. penulti. cum fi. Si autem nō iurauit, & in principio anni erat in aliquo officio constitutus, tunc relinquitur arbitrio iudicantis, vt respiciat qualitatem cause & condicionem persone consultoris, vt sic procedat ad tollendum iuramentum vel non tollendum. ¶ Quinto quid si consultor recepit officium consulendi in aliqua questione siue puncto, iudex vult quod consulat, consultor dicit se dubitare de questione, & sibi nō liquere de iure vñ petit sibi dari consociū vel socios alias denegat se velle dare cōsiliū, nūquid debeat sibi dari? Et videtur q̄ sic, q̄ iuste deliberationes nō sunt denegāde seu auferēde alicui

ff.ad Treb.l.sed τ si.§.plane.τ,ff.de iureiur.l.iusiurandū,τ ad pecunias,in fi.τ de iterrog.act.l.ij.τ C.de iur.delibe.l.si curatoris. in fin.ff.de succes.edic.l.j.§.Largius,cum simi. Et ad hoc fuerūt inuenti titul.de iure delib.C.τ ff. Si enim non daretur, cogeretur anceps subire periurium,quod esse non debet.ff.rerū amo.l. Marcellus.τ ff.de in lit.iu.l.videamus.§.j.Video etiam,ꝙ vbi etiam arbitri nō sunt in cōcordia,eligitur cōsocius,id est, tertius arbiter.ff.de arb.l.item si vnus.§.principaliter.Solutio,dic qđ quamuis debeat cogi consulere,postquā suscepit,argum.ff.đ arbi.l.iij.§.tametsi.imo ꝙ plus est,ab initio cogitur suscipere inuitus,vt supra dictum est.si de iure dubitat,sibi est socius adiūgēdus,delato sibi iureiurando si iudici visum sit C.de his qui ad eccle.cōfu.l.presenti.§.sane. Preterea,lex hoc videtur dicere expresse,ꝙ iudices de iure dubitātes referūt questiōes.C.de rela. l.si.ff.de iudi.l.eum quē.j.respon.cum suis similib. ¶Sexto quero,quid si cōsiliarius recepit cōmissionem,τ dederit consiliū assessori,nūquid si reddat τ velit consiliū emendare,corrigere, vel mutare,vel declarare,an poterit? Videtur ꝙ sic,C.de furt.l.manifestissimi.§.sed cum in secundā.Ecōtra,ꝙ non, q2 functus est officio suo,siue bene,siue male,vt ff.de re.iudic.l.iudex.Solutio, Aut vult incontinenti mutare,τ antequā descendat de palatio: aut ex post facto.postquam iuit domum. Si incontinenti, bene potest:q2 que incōtinenti fiunt,suspicione carent,vt in authent. de equa.dot.§.si autem nō vtrique.si postquam iuit domū, aut mouetur aliqua lege vel bona ratione,tunc auditur,sicut in l.lecta.ff.si certū petat.q2 ibi fuit auditus Papinianus,q2 nōnunquam variantem pretor nō repellit,vt ff.de collatio.bono.l.nōnunquā.Si vero nō mouetur aliqua lege,vel bona ratione,non est audiendus,argum.ff.de transactio.l.cum hi. §.in causa.τ ff.đ his qui not.infam.l.secūda.§.ignominie.ff.de dōatio.l.nuda. q2 presumitur machinatus ex post facto,vt dicit dict.§.si autē. in authen.de equal.do.Utrum autem valeat declarare? dic vt not. ff.de regu.iuris.l.in ambiguis. ¶Septimo quero, an iudex cogetur stare consilio,si datur per consiliariū,τ illud sequi? Et videtur,quod non:quia consiliū non est obligatorium.ff.manda.l. secunda,in fi.τ ff.de regul.iuris.l.cōsiliū de administra.tuto.l.cū quidam,de testib.ff.de conditio.τ demonstratio.l.cū tale.§.si arbitratu.ff.mandat.l.idemque.§.si quis. Econtra videtur, quod sic:quia sicut in initio fuerit voluntatis habere, vel non habere consilium:sic illud habitum tenetur de iure sequi.ff.de arbi.l.iij. §.tametsi neminem.τ ff.commod.l.in commodato.§.sicut.τ C.đ actio.τ obliga.l.sicut.C.de administratio.tuto.l.Titium τ Meuium.§.primo.Solu.Dic, ꝙ si partibus conuocatis τ presentibus,τ consentientibus eligit consiliarium,tenetur eius consiliū sequi.τ obseruare,per iura proxime dicta, τ hoc verū, dummodo cōsiliarius nō det expresse consilium cōtra legem,vel ius:q2 tunc iudex non tenetur consilium suū sequi.ea enim que sunt cōtra iura,nō sunt admtttenda.C.de precibus Imperato.offer.l. rescripta.τ C.si contra ius vel vti.pub.l.fina.τ ff.de regu.iuris.l. ius nostrum.Item cum cōsiliarius abutitur authoritate sibi cōcessa,priuilegium concessum meretur amittere.C. de iude.l.Iudeos.cum similibus. ¶Octauo quero, an electus consiliarius cum sacramento vel sine, si allegetur noua causa suspicionis superueniens an poterit remoueri? Et nō video,quare non ad similitudinē iudicis delegati, vt C.de iudic.l.aptissimi. imo sicut in iudice nō est necessaria cause expressio sic nō videtur necessaria in isto,τ hoc nisi iudici videretur frustratorie, vel calūniose hoc peti. ¶Nono quero, postquā consiliū fuerit datū,qualiter sit procedendū,τ ad ipsius pronunciationē? Circa ꝙ dic sic, qū assessor recipiat consiliū sapiētis sigillatū,vel in charta publica, τ id aperiet corā testibus,τ ipse leget τ condēnabit,vel absoluet secundū formā τ tenorē istius cōsilij,subijciēs in fine sue sententie:vnde viso τ lecto consilio predicto,τ illud absoluo,vel absoluit,vel condemno,τc.Sed ponamus quod iudex seruauit talez modum,q2 lecto consilio dixit in fine,quare do.iudex, pronūciauit in omnibus τ per omnia,prout in dicto consilio continetur, nec dixit condēno,vel absoluo,τc.nūquid valebit sentētia? Primo,videtur quod non, q2 omnis sententia debet continere absolutionem vel condemnationē,alias non valet,vt C.de sentē.τ interlo.l.preses.τ ff.de arbitr.l.quid tamē. τ ff.de re iudica.l.prima,vel equipollēs:vt ff eodem titu.l.in summa.Cum igitur huiusmodi pronunciatio absolutionē vel condemnationē nō contineat nec equipollens quia dixit,pronunciamus, vel pronūciauit prout in dicto consilio continetur,nō valet hoc est,quod videtur expresse dici,ff.iudicatum solui.in lege, iudicatū solui.ibi, pronunciauerit,τc.econtra videtur,τ primo illa ratione generali:quia que in prefationibus dicuntur in sequētibus repetita esse intelliguntur.ff.de verb.oblig.l.Titia.§.idem respondit.ff.de condi.insti.l.cum seruus.τ ff.de ser.vrban.pred.l.si binarū.τ. ff. de lega.j. l. talis scriptura.in quibus legibus intelligitur tacita repetitio facta. Sic igitur quando fit talis pronunciatio vt quia dixit,pronuncio sicut in predicto consilio continetur verba condemnatoria,vel absolutoria,vel equipollentia in cōsilio posita, videntur repetita,maxime quia ex tali repetitione non inutile fit quod agitur, imo confirmatur, vt in predict.lege, Titia.§. idem respondit.ff.de leg.iij.τ l.in repetendis.vt per hoc res potius valeat quam pereat,arg.l.quoties.ff.de reb.dub.Preterea hec sunt expresse repetita verba consilij inquantū dixit,pronuncio,vt in d.consilio continetur.Ex tali enim pronunciatione,scilicet prout in d.consilio cōtinetur,videntur verba consilij cōfirmata,vt Instit.manda.§.tua tantum gratia.τ ff.mand.l.ij.in fi.τ ff.de admi.tu.l. quidam decedens.§. Papinianus.τ l. Titiū τ Meuium.in fin.j.respon.ff.eod.quippe confirmando videt confirmata protulisse.ff.de iusti.τ iure.l.ius ciuile.τ de adopt.l.adoptio.τ de ver.sig.l.lege obuenire.τ in authē.de dsen.ciui.§.interim.quia sic proferens fictione iuris absoluisse vel condēnasse dicitur propter verba consilij absolutoria, vel condemnatoria, que prolata finguntur, vt probaui: ergo pronunciatio tenet. Preterea,videtur glo.ordin.quasi simile ponere, C.de appell. eos.inquantum queritur an valeat talis sententia, pronuncio bene appellatum,τ male iudicatū.quid plura? sufficit, ꝙ aliqua parte actorum sententia certa sit,vt prealleg.l.in summa.a simili sufficiat si aliqua parte actorū sint verba absolutoria vel condēnatoria,vel equipollentia, cum consiliuz comprehēdatur appellatione actorum,vt l.ij.C.vt lit.pen.τ C.de appel.l.a proconsulibus.Videtur igitur,quod pronunciatio valeat.Sol.magis credō tutum,τ consonum rationi,ꝙ idem iudex post receptum consilium absoluat vel condemnet. ¶Decimo queritur,si consultores volunt,τ petunt sibi satisfieri de cōsilio, quis salarium soluere debeat.vtrum pars que petit,vel que succumbit in cōsilio,an pars illa que petijt, an vtraque pars vt sic communiter soluatur.Et videtur primo quod pars succumbens soluere tenetur quia victus victori,τc.C.de iudicib.l.properandum.§.sin autē alterutra.τ l.sancimus.τ in auth.de iudi.§.oportet.τ Instit.đ peteme.liti.§.penul.quare qui perdit, soluat, argumen. predictorum legum.Item videtur, quod de communi sit soluendum,et sic per vtranque partē.Ex hoc videtur expresse dici.ff.ne quid in loco publico.l.ij.§.vicinales,vbi est aurea litera,τ hoc facit, scilicet vt communiter soluantur expense.C.de iur.calumnie.l.ij τ.C.de iureiur.l.generaliter.§.his de presentibus personis ibi, an ab vtraque parte,τc.vel altera,τc.Item videtur,quod expēsis petentis soluatur,vt ff.de edend.l.pretor ait.§.fin.τ l. seque. τ C.fini.reg.lege,si quis super sui iuris.§.fin.τ lege, si irruptione.ff.finiuz reg.cum similibus.que leges simul allegari possunt, vt ab vtraque parte persoluatur. Sol Dic, quod assessor salarium consultori tenetur facere accipere consuetū,quia nemo cogitur suis stipendijs militare,τ hoc etiam iura expresse dicunt. C.de statu.τ imagin.l.τ virtutum premia,τ extra de preb.ca. secundum.τ debet dari salarium pro qualitate,τ facundia aduocati.ff.de var.τ extraordin.cognit.l.prima.§.si iudex.cum similibus.Per quem autem soluatur dic primo inspici statuta τ consuetudines: si autem non sint, satisfaciat ille qui consilium petijt exhiberi,vt prealleg.l.pretor.§.vltimo.τ dict.l.si quis.τ d.l. si irruptione. Si autem nullus petierit, sed iudex ex officio motus concessit vel ambo petant,tunc expensis cōmunibus vtriusque,τ hoc per prealle.iura,τ specialiter per §.vicinales.τ §.his de presentibus ibi,an ab vtraque,τc.τ in authen.de iudic.§.ne autem.τ §.quia vero, cum similibus. De salario autem soluēdo per succumbentem per prealleg.iura non est tractandum,quia satis hoc aperte est tractatum,quando victus victori in expensis condemnetur per ordinarium apparatum, vt in authent.de iudi.§.oportet.τ extra de dolo τ contu.cap.fin. Et hec circa prefatam materiam breuitatis causa sufficiant. Deo gratias. Albertus de Ramponibus.

ADDITIO.

a Tho.Dip. ¶Circa practic. Iste tract. est domini Alberti de Ramp.qui composuit istum tract.cui fecit additiones domi. Bartol.de Saxoferra.ita inueni in vigesimo volum.cōsilio.diuersorum docto.Tamen in prim.lib.cōsilio.τ in duobus libris antiquis,iste trac.est tracta.domin. Iacob.de Are.sed Barto. fecit addit.quas vide infra,et credo ꝙ non sit completus.et de materia vide Bartol.in lege prima.C.de rela.τ ibi vide apo.đ an possit peti consiliū sapientis post cōclusum in causa,vide cōsiliū Ioannis de Anania,τ Florian.vbi consuluerūt qđ nō potest peti.vide Bert.hac in suo repert.in verb.cōsilium sapiē.in versi.sexto,τ vide Felyn.in cap.pastoralis.de exceptio.τ in cap. cum dilectus.de fide instrumē.τ Alexan.in l.si sit stipulatus.in fin.de ver.ob.

Sequitur

Sequitur additio, & suppletio Bart. de Saxoferrato.

PUnctus autem questionis sapientis per iudicem formandus est secundum cause naturaz absque lesione partiū. Unde hic quero, si punctus male formet per iudicem, adeo q̄ pars per hoc vel partes ledi possint, an poterit iudici contradici? Respon. sio, vt C. de rela. l. j. in fine. & iusta est causa appellationis, vt ibi de hoc no. & vide qō de hoc not. extra de probatio. ca. quoniā cōtra allaz. in gl. fi. ¶ Sed quero, vtrū iudex a seipso possit habere cō silium sapientis, & eo vti partibus inuitis, vel altera earū? Et certe sic, prout ex facto vidi, & est argum. ad hoc C. de iudicibus. auth. ad hec. & C. de inge. manu. l. si quam. & que ibi dicuntur, & in aut. si quando contigerit, in fine posita. C. de iudicibus. ibi. cognitiona liter. & c. & sapientū consilio, nā ita ibi fit expositio per doctores. & de sen. ex breui. rec. l. secunda, in princip. facit C. de repu. l. dubiū non est. ¶ Sed quid si consultor assumptus qui suscepit que stionem cōsulendam, velit ex post facto certū impedimentū alle gare & in questione non consulere an sit audiendus? Respōdeo, illud impedimentum qō nūc allegat, si habebat eo tēpore, quo questionem consulendaz assumpsit sibi imputet quod suscepit, & non auditur, aut post susceptam questionem iustum impedimentum superuenit, & tunc aut tantisper expectandus est, quo impedimentū cessat, aut alius subrogandus est, vt ff. de vac. mu. l. preter. si facit ff. de iudi. l. iudicū soluitur. ¶ Illud etiam quero, commissione solenniter facta, & consilio exhibitio, an pars possit dicere consiliū iniquū, & iniustū, & indignū executione? Et certe vidi hoc seruari ea ratione, qua dicitur, querelā grauaminis habere instar appellationis. ff. de arb. l. nō distinguemus. §. cū qui dam arbiter. si diceret se predicto modo grauari, & si secundo de nouo fuerit super eo assumptus consultor, an tertio hoc facere potest, & vidi seruare licite secundo, & non tertio. Cū enim querela hec iniqui & iniusti cōsiliū habeat instar appellationis, vt in d. §. cū quidā. & licitum sit secūdo, & nō tertio appellare. ergo nec tertio potest dicere se grauatum, vel iniquē consultum. C. ne in vna eademq; causa. l. vnica. ¶ Sed pone consultores consuluisse, & iudex secutū consilii, ita pronunciare, an tali pronūciatione possit appellari? Puto q̄ sic, licet de cōcordia partiū fuerit assumptus cōsultor. Nā a iudice delegato de partiū volūtate assumpto nō est dubiū posse appellari, cū nō inueniatur prohibitū. ergo cōcessum. C. de app. l. precipimus. & l. & in maioribus. Item a laudo seu sentētia arbitri recedituz, licet cōcorditer fuerit electus, sine assumptus si iniq; fuerit arbitratus. ff. de ope. liber. l. si libertus. & ff. pro socio. l. societatem. §. arbitrorum. & de contrahend. emp. l. hec venditio. ¶ Sed quid dices, si quis dicat consilium contra se latum iniustum & iniquū esse, & petat illud reformari consilio alterius sapientis, & super hoc fuerit alius consultor assumptus, an per hoc preiudicatur sibi ne appellari possit a pronunciatione facta per iudicem secundum formam primi consiliū. Et videtur q̄ sic. & quod sibi preiudicet propter electionez, cum idē sit effectus vtriusq; vie. Ad hoc facit omnis iura, que dicunt electionē preiudicare. ff. de tribu. lege. quod in herede. §. eligere. & de leg ij. l. cum filius. §. varius. & l. statu liberū. §. fi. in. fi. & ff. de statu lib. & de curato. furio. l. cuius bonis. argu. cōtra. nam cum hec sit via nō tū videtur inuisē se excludere. vt C. de inof. test. Lcū quis. certe nec ibi dicit vtraq; via agi posse. bar. ō Saxof.

Sermo Do. Bar. in doctoratu Do. Bonaccursij fratris sui.

BOnum est nomē meū, Accursius. dicitur enim sic, quod succurrit & occurrit cōtra tenebras iuris ciuilis. Ista sunt ō ba Accursij glossatoris nostri assūpta pro Accursio. Scripta ff. ad Treb. l. facta. §. fi. l. dāda pecunia cōditio. in gl. in verb. cōditio est Secundū Euangelicam, apostolicam, ciuilēq; doctrinā in locis vulgaribus admonemur, in cuiuslibet actus principio inuocationē nominis altissimi ante ponere. Idcirco in nostri sermonis principio ad eius inuocationez premitto hec verba, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen. In iure nostro cauetur principaliter, vt ei qui iuste alicuius beneficij inuestitura petierit, legitime tribuat. vt C. de iure emphy. l. fi. & i feu. ti. q; suc. feu. c. j. in fi. Est aut inuestitura qñ a liquid corporeū a dño traditur in signū beneficij iam cōcessi, vt in feu. quid sit inuestit. c. j. in prin. cum ergo filius & socius noster qui est hic, dignitatem & beneficiū doctoratus meruerit, a venerab. li in Christo patre, & domino domino nostro episcopo ¶ Peru. qui hic est, merito petit se a dominis & doctoribus suis hac dignitate & beneficio inuestiri, sibique corporalia doctoratus insignia tradi. Ipsius itaq; annuēs petioni pro me & aliis doctoribus sermocinaturus assumpsi verba primo loco proposita, bonū est nomē, &c. vbi S. In quib⁹ quidē verbis tria ad nostrā materiā facientia denotant. ¶ Primo, bonitas essentialis, dū dicitur, bonū est. Secundo, perfectio nominalis, dum subiicitur nomen meū Accursius. Tertio, operatio effectualis, dū subnectit illud dictū, qō succurrerit, & occurrerit ō tenebras iuris ciuilis. Et vt clarius, more Legistarū, meum fundē eloquium, si quis quereret ad perfectionē & verum bonorem huius hominis que requiruntur, respondere tria que sunt in authoritate assumpta, scz qō sit bonus in se, quod habeat bonū nomē, seu bonā famam qō vere bona agat, & bona opera faciat. Propter primū significandū sit libri traditio. Propter secundū, annuli aureī immissio. Propter tertiū, osculi pacis cum magistrali benedictione prebitio, & sacri bireti impositio. De vnoquoque aliqua breuiter pertingamus. Primū itaque quod ad perfectionem alicuius requiritur est bonitas essentialis qz dicitur bonus. & illa res dicitur in ipsa esse perfectior, que in seipsa ꝑsistit, & alterius minus eget suffragio, ideo etas maior xxv. an. dicitur esse perfecta: qz tūc alterius, vt tutoris, vel curatoris non eget suffragio. sed regimen suū ꝓprius in seipso cōsistit. vt C. de his qui ve. eta. impe. l. fin. & ff. de leg. iij. l. cum filiofamil. ita legatur. circa fin. Itaque aduertens Prophetа diuinam bonitatem & perfectionem describens ait, Deus meus es tu, quoniā bonorum meorum nō eges. Psal. xv. Ideo etiam Deus summe bonus est: quia in seipso consistens, aliorum non eget. Essentialis bonitas, & perfectio istius ciuilis sapientie manifesta perpenditur, & in hoc omnes alias scientias excellit. oēs enim alie scientie, que in se minus perfecte videntur: quia aliarum scientiarum egent suffragio. non enim perfectus potest esse philosophus, nisi primo sit Logic⁹. nec medicus potest esse perfectus, nisi eristat philosoph⁹, nec canonista potest esse perfectus, nisi hac ciuili scientia fuerit preditus, vt euidentia facti demonstrat. Hec autem scientia sola in se perfecta existens nullius alius scientie eget suffragio. maxīn ea vbi rudes incipiunt, inuenitur Iust. de inf. & iur. post prin. & in quo eruditi ꝓficiant perfecte deprehenditur. ff. & C. que sunt perfecta volumina. & dicit in proem. digestorum. §. in annū. & §. seq. Nō logicorū nō philosophorum, sed Canonistaruz, quippe nullius alterius eget suffragio. sed ipsa tanquam in seipsa perfecte existēs omnibus suffragatur, ait enim de seipsa, Se deo regina, vidua non sum, luctum non videbo. Apoc. &c. xviij. Vere pōt dicere regina, oportet eā hāc scientiā esse & bonis & malis, vt principē & ducē. ff. de leg. iij. Hec est illa scientia, que dat pacem vniuersis, punctis, & largitur munera secundum magnificentiam principalem. Eſdre secundo. Omnis enim scientia ab ista recipitur, quoniaz omnes ab ista scientia sustentantur: sicut enim scientia Mathematica reprobatur, nec scientia dicitur, quia ei hec ciuilis sapiētia non assistit, vt C. de mal. & Mathema. per totum eodem modo. si ab hac ciuili sapientia logica, philosophia, medicina, vel alia quevis scientia damnaretur, a nemine, nominaretur scientia. & tamen quelibet, scientia est, inquantum ab hac ciuili sapientia sustentatur, excepta est sola sacra Theologia cui hanc scientiam fateor esse suppositā. merito ergo dicit, Sedeo regina, vidua non sum. vidua enim dicitur sine duitate, l. malum. §. viduam. de verb. signifi. mulier enim cum in se imperfecta existat, eget viri suffragio, cum eo careat, dicitur vidua, ita alie scientie que scientiarum aliarum adminiculo sul ciunt, cū sine eo reperiūtur vidue appellant. si enim medicū reperies, qui nō sit philosophus, medicina est vidua, si canonistā sine iure ciuili, est vidua, & imperfecta scientia: hec aūt scientia que alterius adminiculo nō eget, vidua nō est. & vidua esse non potest: merito ergo dicit: vidua non sum, & luctum non videbo. Et hec quidem scientia sicut in se perfecta existit, ita generat filium sibi similem. l. quod si nolit. §. mancipia. de edil. edic. Facit enim omnem discentem sedere, vt reginam. Et enim Respu. regenda committitur, vt in proe. Iusti. circa prin. sunt qui aliorum non egēt suffragio sz ipsi alios suffragant. vt C. de suffra. l. j. De iuristis vere potest dici illud Psalmiste psalmo cxviij. Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. a Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Lapis reprobatus est per

substantiā cuiuslibet Juriste qui in hac ciuitate, ad regimen perc eorū statuta totaliter est remotus, tñ hic lapis seu Jurista factꝰ est in capite anguli. Nā videtis iuristas omnibus antecedere, t tēpore expressionum faciūt Juristas, qui omnibus patrocinantur precedere. t etiā in recognitionē dñi certū largiunt. sic t curia Ro. sic t Ro. ecclesia hūc lapidē in clericis reprobat, vetando eos hac ciuili sapiētia imbui, tñ Romana curia in hac sciētia obtinet principatū, lōge eñ plures sunt ibi Legiste, quā Cano niste, quare hoc a Domino factū est, t est mirabile in oculis nostris. Jn signū igitur istius professionis immēse, tradit liber. hic enim appellat liber, quasi nō seruus, nemini subditus. ff. de stato. l. libertas. Accipe ergo hunc librū imo clausum, in signū tue bonitatis intrinsece, t sicut hic liber in se omnia iura cōtinet, sic t in scrinio pectoris tui omnia iura claudant. C. de testam. l. omnium. hunc librum accipe apertum, vt sic possis aperte dicere, aperte sunt catarractē celi descenderunt pluuie, cōsumpta est ois caro. Heñ. vō. c. ecce apte sunt catarractē celi. i. meatus rerū celatarū huius ciuilis sapiētie sunt ibi manifestate, descēderūt pluuie hec est virtus t moralitas, t deleta est ois caro in te. i. ois carnalitas t totꝰ es l hac vita morali t politica renouatus t hoc de primo. ¶ Secundo dixi, qō donatur perfectio nominalis. Duobus modis nomē assumit. Quodda enim est nomen p priū, t istud imponitur ad placitū. vt l. j. C. de muta. nomi. vt tale nomen sit honestū precipitur. l. ex facto. §. si in dāda pecunia cōditio. ff. ad. Treb. quāte bonitatis, fili, sit hoc tuum nomē, Accursiꝰ nemo est qui ignoret. possuꝫ enim recte dicere, vt olim pulchrā, vberē, fructiferā vocauit Dominus, sic nomen tuū posse dici. Istud enim nomē Accursius, est qō sua vbertate, t pinguedine totam hanc ciuilē sapientiā impregnauit, totum enim corpus iuris glossauit tanta perfectione qō post eum nemo in hac sciētia ausus fuit scribere vnū verbuꝫ. vere ergo potes de bono nomine gloriari. Et sicut ista nomina ad recognoscendū homines imponunt, ita annulus, in signū vt quis sit cognitus, tribuit: vt scribit p Accur. ff. de inof. testam. l. Papinian. §. i. in gl. in verb. bonorū. §. j. Secūdo modo nomē assumit pro fama, de quo Salomon, Curā habe de bono nomine, hoc enim magis prenalebit tibi, quam mille thesauri preciosi t magni. Bonum enim nomen permanebit in euū. Eccle. c. xli. Magnū t honorabile est nomē meum in gētibus, t Malachie. j. c. Jn signum enim istius fame pfecte, tc. annul' aure? tribuit, quē nemini licet deferre, nisi sit ciuis Romanꝰ. vt C. de iur. aure. annu. l. j. vt sicut annulus sua claritate refulget, ita velox tua fama claritate refulgeat, vt legit in rub. vbi supra. Annulū ergo quē petijsti a dño, t a patre tuo domino A. ipse tibi dabit. t hoc de secundo. Tertio ostenditur operatio effectualis dum subijcitur, dictū illud qō occurrit t succurrit cōtra tenebras iuris ciuilis. Patres t dñi, tres esse reperio tenebras, exteri? extremitatibus eleuatis. Hierem. c. x. Alie tenebre causantur in celo, cū luna interponit inter solē t terrā, obtenebrato enim sole, luna non reddit lumē suum, Jsaie xiij. c. Tertie tenebre sunt super terrā, Mat. xxvij. c. Marc. xv. Luce xviij. c. Et primo tenebre in extremitatibus terre oriuntur. Per terram accipio mentes hominū grossorum, quibus solum in extremitatibus t superficie est aliquid Lucis, t ex iure nostro tenebre, hoc est, obscuritates t dubia oriunt, que p istā scientiā decidunt, atque fugant. sicut soluit nebula, que fugata est a radijs Solis. Sapien. ij. c. Sicut enim nubes ex corporibus terre eleuantur in aerē. t ibi purificant t aqua efficitur, que descendit ab aere, que terrā rigat, vt fructum afferat, ita ex istis gētibus grossioribus dubia oriuntur que tanquā nubes in mente doctorū. et aliorum Juristarum excellentiū eleuantur, ibi purificātur aqua sapientie, t efficitur aer, hoc est, mens doctoris clarificatur, quā ta enim claritate illuminet ille doctor, qui suaꝫ theoricā deducit in practicam? Jn qualibet facultate enim loquor. ille scit, qui gustat, exprimere nequeo terra irrigatur, qz talis practica excellētium virorū in scripturam reducitur, ad irrigandum terram, hoc est, ad instruendū mentes rudes, atq; terrestres. Contra ista dubia seu istas tenebras, hec sciētia occurrit. t succurit, occurres, t succurres tu fili dando recta cōsilia, que dubia tollunt, t in pace homines ponūt, huius signum pacis osculū tradit. Secunde tenebre sunt, tc. Per celum significant mētes doctorū, t aliorū excellentium Juristarū, a summo qui rerū celatarum lumine illustrantur, in quibus tenebre oriunt vt plurimū ex interpositione lune, hoc est, opinionum false mētis t fantastice, seu lunatice, contra quas tenebras occurrit hec ciuilis sapiētia, veram opinando, eligendo, t contrariam reprobando. C. de condict. inde. l. fin. t C. per quas pers. nobis acquirit. l. fi. t simil. ff. t C. Jn huius signū sit benedictio magistralis, vt tua dicta t cōsilia habeant vt magistralia, t interpretationes probabiles, t redigende in scriptis vt not. Accursius. ff. de legibus. l. nō possunt. hoc itaque osculuz cum magistrali benedictione a tuo patre t domino Dyn. petij, et ab eo humiliter accipe. Tertie etiaz tenebre sunt supra naturam, tc. Pro Christo, accipio veritatem, ipso dicente, Ego sum via, veritas, t vita. Joannes xiij. c. cum enim inde false aduocatus false aduocationem prebet, consultor falsum consilium, cum falsa t iniqua statuta conduntur, Christus, hoc est, veritas occiditur, quinimo peritsemper, cum iustitia non seruatur. Ex hoc per vniuersam terram tenebre t scandala oriuntur, qualiter enim stet illa ciuitas, in qua iustitia non seruatur a quolibet intelligente palpatur, comprobatur illis dictis. Ve vobis, viri impij, qui derelinquistis legem domini altissimi, tc. Ecclesi. xli. ve qui condunt legs iniquas. Jsai. x. c. contra has tenebras hec sacratissima scientia perfecte occurrit puniendo iudices male indicantes. C. de pena iudic. qui male iudicat. primas, t mala condentes statuta. ff. de dol. except. l. j. in fin. contra has tenebras primo doctoris occurit veritas, ita clarissime demonstrando quod erubescat cōtra veritatē loqui aliquid t attentare.

Sermo Do. Bar. i doctoratu

domini Joannis a Saxoferrato.

¶ Jn nomine Patris, t Filij, t Spiritussancti. Amen.

Joannes hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. hec verba habentur Joan. j. c. secundum Euangelicam, t Apostolicam doctrinam, t precepta ciuilia in locis vulgaribus tradita admonemur in cuiuslibet actus principio diuini nominis inuocationem premittere, idcirco ipsum inuoco dicens, Jn nomine Patris, t Filij, t Spiritussancti. Amen. Patres t domini, tres sermones me feciste in hoc loco memini. in duobus primis authores iuris, t diuine scripture allegaui permittit et in tertio iuris ciuilis authores tantummodo, nunc vero ad vtrosq; esse consonum, vt solum ex diuine scripture authoritatibus comprobez dicta mea. Et quia hic, pro quo sermo effunditur, est Joannes, ideo accipiam a Joanne pro Joāne, t solū ex dictis Joannis eloquium presens fundabitur. t quia scriptum est. nolite die quicquid petieritis patrez in nomine meo, dabit vobis Joan. xv. cap. idcirco cum a te fili mi, iuste petitū sit, vt in quasi prisessione doctoratus tradendo insignia te constituam, vole? quia a te petita sunt dare, assumpsi verba primo loco proposita. Joannes hic venit, tc. vbi supra, in quibus verbis dico qō primo positis conferentia denotātur. Primo scholaris doctoralis, secundo positio t perfectio. Secundo huius ciuilis sapientie laus t ratio. Tertio, persone doctoris mirabilis operatio. Primum igitur propter gratiam existentem de presenti, dum dicit. Joannes hic, secundum propter renelationem factam secretorum dum dicit. venit in testimonium. Tertium propter declarationem facte rei dicit, dum subinfertur, vt testimonium perhiberet de lumine. Et sic prima pars erit ad laudem doctorandi. Secunda ad eorum dem scientie. Tertia dispositio atque perfectio propter gratiam existentem de presenti dum dicitur, Joannes hic. Joannes nuncupatur gratia, gratia ergo hic, hic dico quod ex renouatione mentium de presenti, nullus ad huius ciuilis sapientie fructum accedere, vbi socia non sit gratia operans, que eius voluntatem aperiat, vt velit gratia cooperans, que eius voluntatem coadiuuet, vt operetur, ne frustra velit. Scriptum est enim, non potest homo accipere quicquam, nisi ei datum fuerit de celo Joan. iij. capit. t alibi dicit Sapientia, Nemo potest venire ad me nisi ei fuerit datum a patre meo. Joann. sexto capitu, alibi. Sine me nihil potestis facere. Joan. xv. capit. ista enim gratia est preparans. Primo enim preparat intellectum scholaris, vt quod audit intelligat, qui enim non intelligit, non addiscit, vt dicitur de illo Necodemo, qui ideo non dicidit, quia Christum non intelligebat, Joan. iij. cap. Istam gratiam huic Deus tribuit, quia ab initio vsque ad finem sui studij quod a docto. audiebat, profundissime apprehēdebat. Secūdo, quia memoria est ipsius laudabilis, preparat hic gratia vt scribat. scriptum est enim quod vides, scribe in libro, tc. Joan. Apocalyp. primo cap. t alibi Datus est mihi calamus ad similitudinem virge. Apocalyp. vndecimo capit. t alibi, Audiui vocem de celo dicentem mihi, scribe. Beati, tc. Apocalyp. xiij. capitul. Hanc gratiam Deus hec tribuit, intantum habet corpus suum obediens intellectui, quod omnia que intelligebat, scribendo velocissime reportat.

Tertio